Opus pclarissimū eximij dñi magistri Roberti holkot sacre theologie moralissimi atq; doctissimi professoris ordinis fratrū pdicatorum sup sapientiā Salomonis quā philo disertissim⁹ collegit. Cōtinēs postillā accurate ac sūma enucleatione elaboratā. Cū singularibus questiōibꝫ ad oēm materiā. tā scholasticā atq; disputabilē. q̄ ad populū pdicabilē vtilissimis Atq; solēnes. nō modo diuinarū litterarū. verū t phorum atq; famosoꝝ poetarū ad easdem materias congruenter applicatas. allegationes.

A Ominus petra mea t robur meū. ij. Reg⁹. xxij. Artes t sciētie hūanis studijs adiuēte p occasionē q̄/ druplicē materiā glorie sibi sumunt. Artes nāq; quedam gloriose videntur ex auctore imperiali nobilitate. quedā ex pncipioꝝ naturali subtilitate. quedam ex occultorū materiali difficultate. quedam ex officiorū generali vtilitate. Prime aūt sunt artes ciuiles siue politice. Scē sūt artes pueriles et mathematice. Tertie sunt artes subtiles t physice. Quarte sūt artes seruiles t mechanice. Sz sacre scripture subtilitas hoīb⁹ inspirata diuinitus. p cuiusdam progatiue priuilegiū singulare. quattuor istas causas honoris t glorie sibi vendicat merito sup oēs. vtpote cui⁹ auctore nihil sublimius. q; dñs Cuius tenore nihil solidius q; petra. Cuius vigore nihil potentius. q; robur. Cuius valore nihil locupleti⁹. q; mea t meū. vt sic soli sacre scripture q̄uenīat merito dicere verba the

B matis passumpti. Dñs petra mea t robur meū In quibꝫ quo ad q̄tuor eius causas. efficientez t materialē. formalē. t finalē. quattuor dignificant eā t extollunt. videlicet. Munimētū maiestatis. fundamentū firmitatis. cōplementū potestatis. et emolimētū pprietatis. Primū magnificat. Scōz ratificat. Tertiū fortificat Et quartū dignificat. Munimentū maiestatis quo ad cām efficientem notat cū pmittit dñs. De quo Ps̄. Uox dñi sup aquas. deus maiestatis intonuit dñs sup aquas multas. Fundamentū firmitatis q̄ ad materiam subiacentē notat in petra. Eccli. xxvi. Fundamenta eterna supra petrā solidā t mādata dei in corde mulieris sctē. i. militātis ecclie sm glo. Cōplementū potestatis quo ad formā relucentē importat robur. vt de ea digne verificet illud. Esaie. xl. Dat lasso virtutē. t his q̄ nō sunt fortitudinē t robur multiplicat. Emolimentū pprietatis quo ad finē consequentez designat in duplici pronomine possessiuo mea t meū. vt digne dicat illud Deut. ij. Cōrescat vt pluuia doctrina mea. fluat vt ros eloquiū meuz. Dñs inq̄ petra mea t robur meū. Circa primū est aduertendū. q; auctor egregie huius sacratissime facultatibꝫ in ipsis auditoribꝫ q̄tuor dispositiones virtuosas req̄rit. s. intentiōis simplicitatē. estimationis humilitatē. cōicatiōis liberalitatem. t operatiōis pformitatē. Primo dico requirit intētiōis simplicitatē. Juxta illō Sap. i. Sentite de dño in bonitate. t in simplicitate cordis querite illū. Nam sicut nemo pōt duobꝫ dñis seruire. Aut ei vnum odio habebit. et alterū diliget. Aut vnū sustinebit t alterū pdemnet. Mat. vi. Ita nemo pōt distinctis facultatibꝫ vtiliter applicari. Et iō sicut dr Math. iiij. Dñm deū tuum adorabis t illi soli seruies. ei⁹ scripturis totalr intendēdo. Scōo requirit spūs ctūs in auditore scripture estimationis humilitatē vt siue doctor siue discipulus humilr sentiat de seipso. Juxta principalis magistri exēplū. Joh. xiij. Uos vocatis me magister t dñe. t bñ dicitis. sū etenim si ego laui vestros pedes dñs t mgr̄. t vos deberis alter alterius lauare pedes. Exēplū em̄ dedit mgr̄ in seipo reprimēs inflationē. t ad alios idignationē. eo q; sciētia inflat si charitas nō assistat. Et ī mlta sapia sit mlta indignatio. Eccs. i. De ista materia loq̄t Bern̄. sup can̄. sermone. xli. Et dicit sic. Ue q̄ bene de deo t assentirez eloq̄ acceperūt: si questū esti mauerūt pietatē. si puertāt ad inanē gloriā qō ad lucrū dei acceperūt erogandū. si alta sapiētes humilibꝫ nō psentiāt. Paueāt illud qō in pphēta legitur dicēte dño. Dedi eis aurū meū t argentum ipsi aūt de argento meo t auro meo operati sunt. Baal. hec Bern̄. Tertio req̄rit auctor scripture sacre in auditore ipius cōicatiōis liberalitatē. vt qō sine fictiōe didicit: sine inuidia cōicet. Sap̄. vij Sicut ei dicit Seneca. Sapia est nobilis ai possessio. auarū dedignās possessorē. q̄ cū sit distributa recipit incremētū seu augmentū. Et Aug⁹. de doctrina xp̄iana. c. v. Oīnis res q̄ dādo non deficit dū habet t nō datur. nō dū habet quō habenda sit. Est em̄ officiū sapiētis rudiores īstruere: et minus informatos curialr supportare. Juxta illō Esa. l. Dñs dedit mihi linguā eruditā: vt scia sustentare illū qui lapsus est verbo. Quarto req̄rit operationis pformitatē. Nō em̄ decet subtilr sape et seruilit viuere. q; Prouer. ix. Principiū sapientie timor dñi. t sciētia sanctoꝝ prudentia. Prudētia ei est recta rō agibiliū. sicut dicit Arist. vi. ethi. Sicut enī auctor sacre pagine de⁹ sciētiarū dñs ē Ita sacra scriptura oīm facultatū dña dici debet et nō illa vana methaphisica. quā dicta scientiarū et dominā Aristo. vocat seu estimat. pmo metaph. c. iij. Istius enī dñe misteriis reuerēdis. artes t scientie liberales tenent intendere: sicut oculi ancille in manibꝫ domine sue. q; sicut dicit glo. quedaz interlinea. Leuit. ij. Oēs artes phice eo fine distinguunt vt p eas quasi quodā nouo īstrumēto theologia sacratissima pficiat. De ista dōa theologia figuratiue scribit Hester. xv. q; assūpsit duas famulas t sup vnā quidē initebat q̄si pre delitiis et nimia teneritate corpus suū ferre non sustinās altera autē famularū sequebat dominā. defluentia in humū indumenta sustētas. Moralit pma ista rum famularū est sapia philosophorum. Scōa est lex pontificum t imperatorū. Sup primaz sacra theologia cū sit sibiipsi sufficiēs t robusta. pre de-

C

D

Osee. 2

litꝫs tñ simulat se inniti quasi dictis ꝫ modis eoꝝ loquendo: opponẽdo: rñdendo: pbando ꝫ reprobãdo: nõ p necessitate sed p delicijs vtiꝫ sicut placet Scõa vo. s. ler pontificũ ꝫ impatorũ domina sequi debet ꝫ eiꝰ indumẽta in terrã defluctia. i. iura de decimis ꝫ oblationib ꝫ alijs tpalib ꝙbus ad tps i uestiꝫ ecclia sustentare. Et signanꝫ dr ꝙ ista famula dñam seꝙbaꝫ. nimis em̃ piculosum est ꝫ incõueniens ꝫ absurdũ. ꝙ cũ sua dña pari passu incedat: ꝙ ipsa de fidei articulis. de ecclesie sacramentꝫ de visõe brorũ vel põdere pctorũ determinet. iurta verba legũ in terrenis negocijs vsitata. hoc ei catholicos in scismaticos ꝫ infideles ꝫ doctores i adulatores cõuertit: sicut recẽter vobis occurrit ꝫ nuper exprimẽto vidistis. Hec em̃ facultas ẽ illa ancilla Agar. de qua scribiꝫ in figura Ben̄. xvi. ꝙ concepisse se videns ꝓtempsit dñam suã: ꝫ afflicta dominã suã fugit. fugiens sub his verbis ab angelo reuocaꝫ. Reuertere ad dñam tuã ꝫ humiliare sb manibus eiꝰ. Leges ei ꝫ canones istis tpib ꝰ mirabiliter fecũde concipiũt diuitias ꝫ pariũt dignitates. Et ideo sacra scriptura ꝙ est oim scientiarum dña derelicta est: ꝫ ad illas ꝓfluit ꝙsi tota multitudo scolariũ. his diebꝫ flebilis adimpleꝫ lamẽtatio Hiere. I reñ. i. Facta est quasi vidua dña gentiũ. Hec ẽ etiã cã ꝙre nõ solũ illa. imo ancilla sua ꝑma pbia videlicet a paucis respectiue modernis tpib ꝰ frequẽtaꝫ. Sicut plangit Ouidiꝰ de vetula. li. i. sic dicẽs: Oẽs declinãt ad eã ꝙ lucra ministrat. Utꝙ sciant discũt pauci plures vt abundẽt. Sic te pstituũt o virgo sctã: sic te venalẽ faciũt castis amplerib ꝰ apram. Nõ te ꝓpter te querẽtes ꝫ lucra ptẽ. Ditari ꝙ voluit potius ꝙ philosophari Et infra sic. Exilũ patiꝫ: ꝫ philo pecunia regnat Sed caueãt sibi ne dñam banc ꝓtenant: qꝛ ad eã oportet oẽs finaliꝛ reuerti: ꝫ sub manib ꝰ ipius humiliari si tñ velint saluari. Non em̃ de legib ꝰ illis ꝫ de ista sola dr ꝑ Ps̄. Beatꝰ hõ quẽ tu eruditeris dñe: ꝫ de lege tua docueris eũ. Sic ergo declaratum est munimẽtũ maiestatis sacre scripture scientiaꝝ dñe: qđ est ꝓncipiũ ꝓncipale in themate lectionis. Scõm ꝙ scripturã sacrã cõmendat in vbis istis. est fundamentũ firmitatis ꝙ ad materiã sub iacentẽ. cũ dr petra. Hec ẽ em̃ petra aquosa ad potandũ: Petra mellosa ad cibandũ: Petra olei ꝑforata ad lenimẽtũ penitentiũ. Petra scandali destinata ad detrimentũ discredẽtiũ. Primo dico ꝙ sacra scriptura est petra aquosa ad potandũ. De qua. i. Corint. x. Bibebãt aũt omnes de spirituali cõsequẽte eos petra. Et Sap̄. xi. Sitierũt ꝫ inuocauerũt te dñe ꝫ data est illis aqua de petra altissima. Est ei petra altissima ꝓpter eiꝰ sublimitatez dulcissima ꝓpter eiꝰ suauitatẽ: durissima ꝓpter eiꝰ difficultatem. vt merito possit dicere illud Esa. l. Posui faciẽ meã vt petrã durissimã: ꝫ scio qm̃ nõ confundar. Faciẽ. i. notitiã sensuũ diuersoꝝ. In facie em̃ naturaliꝛ patent sensus: ꝫ scio qm̃ nõ cõfundar. Licet ei hereses semp manebũt in mũdo vsq̃ ad finẽ mundi sicut dicit ꝙdã glo. Esa. vij. Contra eos tñ semp erunt quidã spũales doctores i ecclesia sicut dicit alia glo. Exo. xxvi. Et ideo signãter dicit scriptura. Scio quoniã nõ confundar. Nec mirũ Edificata est enim supra firmã petrã. De qua i. Corinth. x. Petra aũt erat xps̄. cui nullꝰ hereticus nec pbs cõparaꝫ sicut ī Ps̄. Absorpti sunt iũcti petre iudices eoꝝ. glo. iudices eoꝝ sunt potentes ꝫ doctores ꝙ de moꝛib ꝰ iudicabunt Plato Pithagoras ꝫ Aristo. absorpti sunt petre iuncti. i. cõparati xpo. p se videnꝫ aliq̃d dicere: sz iunge ꝫ cõpara eos xpo ꝫ nihil sunt: mortui iacẽt: ꝫ stulta est sapia eoꝝ. hec glo. Scõo ista petra ẽ mellosa ad cibandũ. de q̃ Ps̄. Libauit eos ex adi. fru. ꝫ de pe. melle satu. eos. Vñ Hugo de didascolõ. li. iiij. c. iiij. Diuia eloquia aptissime fauo cõparanꝫ: ꝙ etiam ꝓpꝛ simplicitatẽ sermonis arida apparẽt exterius: ꝫ intꝰ dulcedine plena sũt. Sic ei lac fm medicos meliꝰ nutrit si sugaꝫ. Ita mel sacre scripture si sugaꝫ p studium ꝫ deuotionẽ mlto meliꝰ nutrit ꝙz si p breuẽ auditionẽ faciliꝛ capiaꝫ. Et iõ de deuoto theologo dr. Deut̄. xxxij. Cõstituit eũ sup̄ excelsam terrã: vt comederet fructꝰ agroꝝ vt suggeret mel de petra. Cõueniẽter autẽ sacre scripture difficultati dulcis ꝫ vtilis suauitas ẽ ãnexa. qꝛ fm Horatiũ in poetria sua: ꝫ est ad ꝓpositũz. Oẽ tulit punctũ ꝙ miscuit vtile dulci. Oẽ tulit. i. poeta ꝙ in libro suo approbationẽ ꝫ fauorẽ habuit olim romano ꝝ. Ppl̄s ei romanꝰ ī ꝙnq̃ ordines erat distinctꝰ. Erãt em̃ prẽs ꝓscripti: senatores: ordinarij: eq̃tes plebs. Si ꝙ poeta ꝙcũq̃ opus nobile ediderat coram populo publice legebaꝫ: si gñaliꝛ placuit: vnusquisq̃ ordo vnũ punctũ apposuit in fine scripti: et tunc carmẽ illud deinceps autentriꝰ habebaꝫ: ꝫ iõ docet Horatiꝰ ꝙ ꝙ vult opus suum oib ꝰ placere: videat ꝙ opꝰ suũ habeat illa duo. s. ꝙ sit delectabile ꝫ vtile: qꝛ Oẽ tulit pũctũ ꝙ miscuit vtile dulci hoc autẽ marie facit sacra scriptura. Vñ Aug. de vera innocẽtia ca. lxvi. Bone inq̃t i scriptur̄ sctis mysteriorũ ꝑfundirates ꝙ ob hoc tegunt ne vilescant: ob hoc querunt vt exerceant: ob hoc apiunt vt pateant. Est igiꝫ hec sacra scriptura petra mellosa ad cibandũ. Tertio sacra scriptura ꝫ petra olei perforata ad lenimẽtũ penitentiũ. de q̃ Job. xxix. Petra fundebãt mihi riuos olei. Perforaꝫ autez ꝑ acutas ꝫ subtiles expõnes. vt aia deuota intrinsecus introgressa i xpi amplerib ꝰ delectetꝫ cũ spõsa. de qua Can̄. ij. Columba mea i foraminib ꝰ petre Hec sunt foramina domũcule siue case: in q̃bꝰ iurta cognitiõis mei ꝓfectum ꝙuersari debeo: sicut ei nomẽ a robore deriuatuz: ita cognomẽ habeo a foramie casum datũ. Et iõ sicut nomẽ meũ robertus in robore: ita holkot cognomẽ intueor in foramine petre. Igiꝫ sacre scripture foramẽ ingressus rogabo cũ Moyse Exo. xxxiij. Dñe oñde mihi gloriã tuã. Et ipse dignabiꝫ mihi rñdere. Tu inuenisti grãm coram me: ꝫ temeriꝑm noui ex noïe. ego oñ dam oẽ bonum tibi. Ecce ẽ locus apud me ꝫ stabis supra petrã. Cũq̃ trãsibit gl̄ia mea ponãte in foramie petre ꝫ ꝓtegã te dextera mea. Quarto sacra scriptura est petra scandali destinata ad detrimentum discredẽtiuz. de qua. i. Pe. ij. Nõ credentib ꝰ autẽ lapis quẽ reprobauerunt edificãtes hic factus ẽ in caput anguli: ꝫ lapis offensionis: ꝫ

petra scandali. bis q̄ offendūt verbo. nec credūt in quo ꝛ positi sūt. Tertiū q̄ sacrā scripturā p̄cipalit cōmendat ē cōplemētū ptātis q̄ ad formā relucentē. qz robur. Robur nāq; scientiarū secularium nō excedit ptātē rōnis humane: sz certe robur sacratissime theologie est p̄me veritat' auctoritas q̄ cuiuslibz ingenij vim excedit. Et iō hec vnūquēq; theologū ꝓsolat' ꝛ admonet dicēs illō Deut. xxxi. Confortare ꝛ esto robustus. Quasi diceret. Esto robustus ad expugnandum: ad supportandum: ad alleuiandum et tolerandum. Ad expugnandum errores ꝛ vitia. Ad supportandum honores et officia. Ad alleuiandū dolores ꝛ supplicia. Ad tolerandū errores p̄ iusticia. Primo tenet doctor catholicus realr esse robustus ad expugnādū errores ꝛ vitia iuxta zelū sanctoꝝ patrū q̄ nos in ecclesia p̄cesserūt. Talis fuit helyas. sicut. iiij. Reg. patet. qui robustus dñator interptat'. Talis fuit Dauid sicut. ij. Reg. ptz. q̄ manu fortis interptatur Talis fuit Boos de quo Ruth. iiij. q̄ silr interptat' robustus. Talis fuit Oza q̄ arcā declinantē manu voluit erexisse. ij. Reg. vi. q̄ silr interptat' robustus. Et multi alij de q̄bus verificat' illud. Judic'. ij. Omnes robustissimi pugnatores. Scōo tenet esse robustus ad supportandū honores ꝛ officia. vt sit q̄si colūna ad supportandū eccliam militantē. In cuius figurā salomō in porticu templi dei duas colūnas collocauit. quarū vna vocauit Jachin qō est firmitas. ꝛ alterā boos qō sonat robur vel in robore. iij. Reg. vij. Porticus tēpli dei. i. celi ē eccliā militās cuius glia creatur ꝛ crescat si ei honores ꝛ onera deferātur sapientibz ꝛ robustis: Juxta illud Prouer. xi. Mulier gratiosa. i. militans eccliā inuenit gloriā. ꝛ robusti habebūt diuitias. qz sicut scribitur Prouer. xxiij. Vir sapiens fortis. ꝛ vir doctus robustus ꝛ validus. Tertio tenet doctor catholicus esse robustus ad alleuiandum dolores et supplicia q̄ interdū inuste inocentibus inferunt'. Juxta illud Esa. xxxv. Cōfortate manus dissolutas ꝛ genua debilia roborate. vt sibi merito dici possit illō Job. iiij. Ecce docuisti plōs ꝛ manus lasses roborasti. vacillātes confirmauerūt sermones tui. ꝛ genua debilia ꝓfortasti. Quarto tenet theologus esse robust' ad tolerandum terrores p̄ iusticia ꝛ veritate sane doctrine. qz ſm Greg. xxvi. moral'. ca. xxix. exponēs illō iob xxxvi. Pro robustis ꝓpli ascēdāt Robusti sunt illi qui p veritate quā detinēt despici nō timescūt. Robusti sunt illi q̄ ad vincendū hui' mundi desideria conualescūt. sed p robustis ꝓpli tunc ascendunt si p negligentiā agit' vt doctoꝝ ꝛ fortiū loca indocti ac debiles sortiant'. hec Greg. De talibz nāq; verificat' illud Hiere. li. Deuoratū est robur eoꝝ. facti sunt quasi mulieres. Nō sic viri theologi q̄bz pro veritate defendēda districte dr Josue. x. Nolite timere nec paueatis. confortamini ꝛ estote robusti. Quartū vltimū qō sacrā scripturā extollit ē emolimentū ꝓpietatis q̄ ad finē ꝓsequentē. qō notatur cum dr. mea ꝛ meū. Cū em̄ sit scientiarū dña. sicut supius est pbatū. iuste sibi ꝓuenit ꝓnoibz istis vti. Ipsa em̄ est q̄ singularit' dicit Prouer. viij. Meū est consiliū ꝛ mea est eqtas / mea est prudētia / mea est fortitudo. Ubi q̄ttuor sibi appropriat virtutes insignes. Cōsiliū discernēdo. equitatē erequendo prudentia in p̄cauendis. ꝛ fortitudinē in sustinendis. Ut autē p studiū sacre scripture has virtutes diuinus ꝓsequamur. dicā iā in fine lectiōis illō q̄ scribit Cassiodorus. li. suo institutionū diuinarū lrāꝝ ca. vl. Presta dñe legentibz pfectū legē tuā q̄ rentibz. remissionē oim pctōrū. vt q̄ desiderio magno ad lumē scripturarū tuaꝝ puenire cupimus. nlli⁹ pctis caligātib⁹ obscuremur ꝛ trahe nos ad te virtute oipotentie tue. ꝛ nō relinquas sue volūtate vagari quos p̄cioso sanguine redemisti. Qō nobis concedat ꝛc.

Lectio. I.

Diligite iusticiaz qui iudicatis terrā. Circa librū istuz q̄ liber sapie nūcupat' sūt in p̄ncipio tria notanda. Primū est de ei⁹ noie. Secundū de ei⁹ auctore. Tertiū de ei⁹ fine. Circa nomē hui⁹ libri dico. q̄ iste ē titul⁹ sapiētia. Et est sciendū q̄ tripl'r accipit'a diuersis. Nā p̄mo apud peripateticos dr vna virtus intellectualis ꝛ speculatiua inter oēs virtutes ītellectuales nobilissima. Et sic de ea tractat Aristo. vi. ethi. ca. vi. Et. i. metaphi. ca. v. vbi descriptionē sapiētis inuestigat talem. Sapiēs est q̄ scit oia ꝛ difficilia ꝓpter certitudinē ꝛ cām: ipm scire ꝓpter se q̄rēs: ꝛ alios ordinās et psuadēs. Etiā ibidē dicit q̄ sapiēs debeat nō solum scire p cās. sz etiā p altissimas cās. Hoc autē nomē sapiēs in latino: sophos in greco interptat'. Unde antiqtus añ tpa pythagore oēs q̄ se studio sapientie māciparūt sophi dicebant': tandē pythagoras ille famosus q̄ tante fuit auctoritatis in populo q̄ de ei⁹ snīa nulli licuit disputare indicans q̄ p̄sumptuosum esset sic vocari: cū interrogaret' quid se ꝓfitereretur: nō sapiētē sz pḃm. i. amatorē sapientie se vocauit: eo q̄ se sapientē ꝓfiteri arrogantissimū videbat'. sicut dicit Aug⁹. viij. de ci. dei ca. ij. Exquo patet q̄ auctor hui⁹ libri pḃs dici potest Scōo apud theologos accipit' sapia p dono supnaturali siue infuso p qō hō noticiā hz diuinorū ꝛ humanoꝝ ex inspiratiōe spēli. vl' ex quadā vicinitate gr̄osa ad deū. sicut dicit Dion'. ca. v. de diuinis noib⁹. q̄ hierotheus patiēdo diuina didicit. Sicut aūt sapia acquisita q̄ vocat' naturalis pfectior est scia: ꝛ intellectū etiā p̄ncipioꝝ cōprehēdit. sicut ptz. vi. Ethi. qz hec sola ꝓtra negantes p̄ncipia arguit. sicut. iiij. metaphi. dr. Jta hoc donū fidem p̄supponit ꝛ defendit. de hac sapia dr Esa. xi. Requiescet sup eū spūs dñi. spūs sapie. Tertio mō accipit' sapia apud stoycos ꝛ morales pḃos sicut fuerūt Socrates: Seneca ꝛ Boeti⁹ q̄ nihil aliud vocāt sapiētiā q̄z collectionē virtutū ītellectualiuz et moraliū. Et illo mō sapiēs est idē q̄ pfecte ꝛruosus. Un̄ de sapiēte sic accepto dicit seneca in libro quodā q̄ intitulat' de trāq̄llitate ani. q̄ in sapientem nō cadit iniuria: in q̄ libro pbat q̄ sapiēs non pōt offendi: ꝛ q̄ sapiētis anim⁹ semp ē in tranq̄llitate: ꝛ q̄ cor sapiētis ē sicut adamas ꝛ multa talia de

quib alias erit sermo. Sic etiã loqtur Lactãti⁹. li. iij. Virtus cũ scia ꝓiuncta est sapia. Natura ei hois de⁹ hãc esse voluit vt duaꝝ rerũ cupid⁹ t ap petẽs esset: sapie t religiõis. t iõ hoies fallũtur: qz aut religionẽ suscipiũt omissa sapia: aut sapie soli student religione omissa. cũ alterũ sine altero esse nõ possit. Et sic mihi videt ꝙ accipit sapientiã auctoꝛ hui⁹ libri. Cui⁹ rõ est: qz nomẽ libri cõiter accipitur a materia de qua tractat. Nã in hoc libro nõ tractat ꝓcipue nec ꝑncipal'r de aliq̃ virtute intellectuali vl' morali sz de omi virtute. Et iõ nomẽ sapie nõ hic ponit ꝙ dono supnaturali nec ꝙ vtute intellectuali: sz ꝙ sũma virtutũ totali. Qõ autẽ dicit Hiero. i ꝓlogo ꝙ ꝓinde liber sapie noiat: qz i eo xp̃i aduent⁹ t ei⁹ passio euidenter exprimit q̃ ẽ sapientia dei ꝑris videt esse q̃dã aptatio modal' vel ꝯgruentia magis q̃z denomiatio l'ralis.

B Scõo sciẽdũ de hui⁹ libri auctoꝛe. Sunt em̃ apud sctos varie opiones q̃s auctoꝛ fuerit hui⁹ libri. Videt em̃ Hiero. dicere. ꝙ philo quidã iude⁹ in lingua greca diserti'ssimus: librũ istuz q̃ sapia inscribit ex multis sentẽtijs editis a salomone cõpilauit. Vñ philonis hũc librũ dicit esse nõ salomõis: nec haberi apud hebꝛeos: nec inter scripturas sacras cõputari debere: sz ꝓtra istã sentẽtiã sũt euidẽtia argumenta. Primo q̃ in. iiij. li. ecclesiastice histo. dꝛ sic. Egesipp⁹ t Erene⁹ olim antiquo ꝓch⁹ librũ q̃ intitulat sapia salomõis eẽ dixerũt. Itẽ Math. xvij glo. ꝑdictũ erat in li. sapie. Morte turpissima ꝓdẽ nemus eũ: q̃ ante passionẽ fuit liber edit⁹. Nõ igit a philone q̃ floxuit tpe apl'oꝝ. Item libri philonis eiusdẽ in ecclesiasticis hystoꝛijs numerant vbi nõ ponit liber iste. Itẽ infra ca. ix. dꝛ sic. Tu elegisti me regem ꝓp'lo tuo t iudicẽ filio ꝓ tuoꝝ: qõ philonẽ ꝓuenit q̃ fuit iude⁹ alexandrinus in egypto ẽm Hiero. li. de hebꝛaicis noibus. Itẽ Amb. in li. super tres qõnes salomõis dicit. Sapiẽtissim⁹ oim hominũ salomõ ꝓpheta tria ꝓposuit ꝑ possibilia: et infra sic ipse in li. sapiẽtie sue se dñm oipotentẽ deprecatũ fuisse cõmemoꝛat dicẽs: Da mihi dñe sedium tuaꝝ assistricẽ sapientiã: q̃ vult ꝙ salomõ sit auctoꝛ hui⁹ libri. Itẽ beat⁹ augustin⁹ fuit aliquando istius opionis ꝙ iesus fili⁹ sirach fecit librũ sapientie sicut t ecclesiasticũ. Dicit nãq̃z sic. Illi duo libri: vnus q̃ sapiẽtia: alius q̃ ecclesiastic⁹ inscribitur: de quadã similitudie salomonis esse dicũtur Nã iesus filius sirach eos cõscripsisse cõstantissime phibetur. Hãc autẽ sniam retractauit augustin⁹ ij. retractationũ. c. iij. sub his verbis. De auctoꝛe libri quẽ plures vocãt sapiam salomonis. ꝙ et ipsum sicut ecclesiasticũ iesus fili⁹ sirach scripsit: nec ita cõstare sicut a me dictũ est postea didici. Et iõ ꝓbabili⁹ cõperi nõ esse hũc ei⁹ auctoꝛẽ. Ex quib videt ꝙ btus augustin⁹ dubitauerit q̃s fuerit auctoꝛ hui⁹ libri. vel ꝙ senserit salomonẽ fuisse hui⁹ auctoꝛẽ. Itẽ feria q̃rta in hebdomada pẽthecostẽ legit in missa. Dirit salamõ filijs israel. Diligite iustitiã qui iudicatis terrã. Cõstat ꝙ eccl'ia nec dubiũ nec falsã asserere vult in missa. Propt'istas septẽ rões tenẽdas apparet ꝙ salomon fuit auctoꝛ isti⁹ libri ꝓncipalis. Possibile ẽ autem ꝙ iude⁹ ille philo q̃ multũ fuit peritus in lingua greca. libꝛuz salomonis vl' libri sniam quõcũq̃z ꝓtetas in greco ediderit. t ꝙ de greco trãslat⁹ sit liber su⁹ in latinum: t ꝑ tãto ipsi⁹ auctoꝛ dicat. Quãtũ autẽ ad Hiero. verũ est ꝙ asserit librum istũ philonis fuisse: sed dicit ꝙ iudei librum istuz cuiusdã philonis fuisse affirmãt. Vñ Raban⁹ in glo. sup ꝓncipiuz istius libri male hoc imponit Hiero. ꝙ Hieronymus nõ asserit: sed recitatiue scribit. Qõ autẽ iter sacras scripturas debeat numerari: exꝑsse dicit augustin⁹ de doctria xp̃iana: vbi ꝓmo oẽs libꝛos canonis t biblie ꝓsequẽter enumerãs. de sapia et ecclesiastico sic dicit. Qui q̃m in auctoꝛitatẽ recipi meruerũt inter ꝓpheticos eũ enumerãdi sunt. Ex istis ꝓz ꝙ iste liber inter scripturas canonicas apud eccl'iam cõputatur. Et ꝙ ei⁹ auctoꝛ salomõ fuisse dicend⁹ est. Licet a iudeis oppositũ sentiat. Unde Damascen⁹. iiij. li. sniaꝝ suaꝝ. ca. ix. vbi libꝛos sacre scripture enumerat dicit sic. Pana retos hoc est liber sapie salomonis: t sapia iesu. i. ecclesiasticus ꝛtuosi quidẽ t boni: sz non numerant neq̃z iacebũt i archa. hec ille. Et ideo licet apud iudeos nõ numerant: apud fideles tñ magne auctoritatis habent. Patet ḡ ꝓmo de hui⁹ libri nomie. Scõo de hui⁹ libri auctoꝛe. Tertio restat videre de hui⁹ libri fine. L Ubi sciendũ ꝙ finis sapie que in hoc libꝛo tradit est hominẽ disponere vel dignificare spãliter q̃ ad tria. Prio ad gubernãdũ ciuilẽ cõitatẽ. Principiũ em̃ leges codendi t humanam policiã statuendi fuit sapiẽtia ꝑ eloquentiã ordinata: sicut narrat Tullius in ꝓlogo rhetoꝛice ita dicens. Fuit quondã tps cũ in agris hoies pasti bestiarũ moꝛe vagabant sibi t victu ferino vitã ꝓpagabant: nec rõne ani quicq̃z sed pleraq̃z viribꝰ coꝛporis administrabãt nedũ diuie religiõis nõ humani officij rõ colebat: nemo nuptias legittimas viderat: nõ certos q̃s q̃z cõsperxerat libꝛos: nõ ius eq̃bile q̃d vtilitatis haberet acceperat. Ita ꝓpter eroꝛẽ atq̃z insciatiã ceca atq̃z temeraria dñatrix cupiditas ad se explendã viribꝰ coꝛpis abutebat pernitiosius satellitibꝰ. Quo tpe inq̃t Tullius. vir quidam magn⁹ t sapiẽs cognouit q̃ materia esset: et quãtas opoꝛtunitates ad maximas res anim⁹ in esset hoim si q̃s eam posset elicere: t ꝑcipiẽdo meliozem reddere: q̃ dispersos hoies in agros t interris siluestribꝰ abditos: rõne quadã cõpulit et ad vnũ locũ cõgregauit t eos i vnũ quãq̃z rẽ reducẽs vtilẽ t honestã. Primũ ꝓpt̃ insolẽtiã reclamãtes. Deinde ꝓpt̃ rõnẽ t oꝛõnẽ studiosi⁹ audiẽtes exter t imanib⁹ mites reddidit t mãsuetos: t hoc quidẽ nõ tacita videt nec inops dicendi sapia pficere potuisse. hec ille. Hoc idẽ poete signare volebãt q̃ fabulã de oꝛpheo fecerũt: q̃ tã subtil' extitit citharedus q̃ flumia stare: siluas recurrere coegit: ceruam cõiunxit leoni: t lepoꝛẽ cani: t in ifernalibus furijs causauit pietatẽ. sicut recitat Boe. iij. de cõso. Oꝛphe⁹ in rei vitate sapiẽtes designat q̃z ẽ homines vicios⁹ t a se inuicẽ ꝑ passiones varias discoꝛdãtes i vnã ciuilitatẽ recolligere: t eos ꝑ leges et rões sapiẽtie castigare: ꝓpt̃ qõ signant oꝛ Sap. vi. Si delectamini i sedib⁹ t sceptris: o reges ꝓpli

diligite sapientiã: vt imppetuũ regnet ſ. vſus. Regna btã forent ſi vl' ꝓringeret esse phos reges vl' reges phari. Boeti⁹ in de ꝓso. li. i. pſa. iiij. At qui tu hanc sniam platonis oze sanxisti. Btãs foze respublicas si eas vel studiosi sapiẽtie regerẽt: vl' ea ꝙ rectozes studere sapiẽ ꝓtigisset: tu ciusdẽ viri oze hãc sapiẽtib⁹ capessunde reipublice cãm esse necessariã monuisti: ne imꝓobis flagitiosisq; ciuib⁹ vrbiũ relicta gubernacula: pestẽ bonis ac pniciẽ inferrent. Scõo ꝓuenit huic scie hoiem disponere ac dignificare ad expugnãdũ hostilẽ aduersitatẽ. Eccs. ix. Ciuitas parua z in ea pauci viri: venit ꝓtra eã rex magnus z vallauit eã extruxitq; munitiões p gyrum: z facta est obsidio: inuent⁹ est in ea vir sapiẽs et paup z liberauit ciuitatẽ p sapientiã suã. Et qz in antiquis ẽ sapia Job. xij. z annoꝝ mltitudo docet sapientiã. Job. xxxij. Ideo alexander magnus nullũ in exercitu suo ducẽ habuit nisi seragenariũ vt magis senatozes q̃z milites viderent. Scuit ei q̃ quantũcũq; hõ sit fortis virib⁹ z honest⁹ corpe: si sapiẽtia careat nihil valet p rege vel duce. Vñ fm Aristo. Sapiẽtis ẽ regere z ordinare: ſz fortiũ est obseruare z mistrare. Et hoc est qõ dz Sapiẽ. vi. Melioz ẽ sapiẽtia q̃z vires: z vir prudẽs magꝫ q̃z vir fortis. Tertio ꝓuenit huic scie hoiem disponere z dignificare ad castigandũ puerilẽ fatuitatẽ. Prouerb. xxix. Uirga atq; correctio tribuet sapientiã: Puer autẽ q̃ dimittit volũtati sue confundet matrẽ suã. Erim⁹ igit apti p noticiã hui⁹ libri ad gubernãdũ ciuilẽ cõitatẽ. Ad expugnãdum hostilẽ aduersitatẽ: z ad castigandũ puerilẽ fatuitatem. Et ideo scribit Prouer. viij. Audite disciplinã: z estote sapiẽtes: z nolite abijcere eã.

Lectio II

Diligite iusticiam qui

iudicatis terrã. Actur⁹ de sapiẽtia sapiẽtissimus salomõ in hoc libro vt ad eam auditozes alliceat sic ꝓcedit Primo ei determinat ipsi⁹ sapiẽtie nobilitatẽ z cõmẽdationẽ. Scõo ei⁹ vtilitatẽ z opationẽ. ca. ix. Dei⁹ patrũ nostrozũ et dñe misceõie zc. Nã p sapiẽtiã sanati sunt q̃ placuerunt tibi dñe. Circa primũ ꝓmo ostẽdit quõ hõ possit sapiẽtiam acquirere. Scõo quõ acq̃sita possit hominẽ ꝓficere ifra ca. vi. Melioz est sapia.

Circa ꝑmũ ꝓmo ostendit q̃ p sapia acquirẽda oportet hoiem iusticiã habere. Scõo excludit opinionẽ iusticie z sapiẽtie ꝓtrariã. c. ij. Direrunt ipz

Circa ꝑmũ duo facit. Primo ꝓponit q̃ ad habendã sapiẽtiã oꝑtet amare iusticiã. Scõo oñdit q̃ hec iusticia diuidit se triphariã, ibi sentite. Dicit ꝙ ꝓmo sic. Diligite iusticiã q̃ iudicatis terrã. Notandũ autẽ q̃ in gnatione aialis natura nõ incipit a digito vl' a pede: ſz a corde: pulmone z capite et mẽbris ꝓncipalib⁹: sic hui⁹ libri auctoz volẽs informare corpus eccie in vtutib⁹ moralib⁹ incipit a dominis z ꝓlatis q̃b⁹ incũbit ordinare z iudicare. Extendit em̃ se hec doctrina moral' general'r ad oẽs. Conuersatione aũt semp plebs dños imitat' z superiozes. Ideo salomõ afflatus spũsancto in ꝓncipio sue doctrine aggredit informare ꝓlatos z iudices scies q̃m si illi fuerint virtuosi: hoies subiecti vitiosi esse nõ potuerunt. Eccl. x. Judex sapiens iudicabit ꝑplm suũ z principatus sensati stabilis erit fm iudicẽ ꝑpli: sic z ministri ei⁹ z qualis rector ciuitatis tales z habitãtes in ea. Notandũ est scõo q̃ nõ est mirabile si ꝑplus suum ꝓncipẽ imitetur. Corpa em̃ celestia q̃ ꝓtinẽtur sub ꝓmo mobili oia habent motum fm motũ illi⁹. Habent tamen nihilomin⁹ suos motus ꝓꝓios sit qualitercũq;: oꝑtet q̃ ꝑplus suo ꝓncipi se ꝓformet. iuxta illud Poete. Nobili mutat' semp cũ principe vulg⁹ Cuius rõ est: q̃ ꝓncipes se habent ad ꝑplos sicut caput ad mẽbra: q̃ ipsi sunt minoꝝ capita: fontes et exemplaria. Modo a capite corpus recipit regimen. Riuul⁹ a fonte capit aquã: z ab exemplari scriptor accipit hoc q̃d scribit. Vñ si exemplare sit corruptum z falsum: scriptor sufficient' excusatur: licet scripserit falsũ libr̃. Et ideo solet medicus curare ꝓcipue q̃ caput sit sanũ: q̃ si caput infirmuz cetera membra dolent. Faciẽtes artificial'r aqueductus curant principal'r q̃ fons sit clar⁹. Et stationarij solent esse solliciti vt exemplaria sint correcta: de q̃bus scriptoribus copia ministrat'. Isto modo p oĩa auctor hui⁹ libri volens p totum corp⁹ ecclesie virtutes morales trãsfundere incipit a iudicibus ꝓncipibus z ꝓlatis dicẽs: Diligite iusticiam. Notandũ est tertio q̃ ꝓncipal'intentio salomonis est docere sapientiã. Mediũ autẽ ad acq̃rendũ sapientiã est iusticia. iuxta illud Eccs. iij. Fili ꝓcipiscẽs sapientiã: serua iusticiã z dñs ꝓbebit tibi illã. Propt' qõ ꝑ medio tãq̃ necessario ad sapientiã dicit iudicib⁹ ꝓncipib⁹ z ꝓlatis. Diligite iusticiã. Uidem⁹ em̃ q̃ illud qõ est ꝓciosum carũ vel amatũ a ꝓncipe in ornatu gestu vel victu illud trahitur ad ꝓsequentiã a subditis: z siue sit vtile siue inutile: saltẽ nobile negociũ reput' effigiare ꝓncipem in his q̃ ab ipso diligi cognoscunt'. Unde si iudices z ꝓlati vellẽt amare iusticiã: nõ est dubiũ q̃n eam subditi amarẽt: nec mirũ: q̃ em̃ põt de secta regis z roba de eodẽ vl' cõsimili pãno indui bene habet materiã gaudij. roba autẽ ꝓncipis z ꝓlati iudicis debet esse iusticia. fm illud Job. xxix. Justicia indutus sum z vestiui me sicut vestimẽto. Et i ps Sacerdotes tui induant' iusticia. Sed reuera tã sacerdotes q̃z alij scholares z laici nũq̃z sibi ita ꝑparuerunt indumẽta: sicut modernis tpib⁹ iã videm⁹ et certe sicut est de veste corpis ita ẽ de vestitu mẽtis. z ideo necesse est de eis dicere. Diligite iusticiam. Ubi breuiter eos docet tria. vicz qual'r sint affecti. Diligite iusticiã: ad q̃d sint electi: q̃ ad iudicandũ: z q̃ sunt eis subiecti: q̃ terrã. i. hoies terrenos z terrenis desideriis inherẽtes. Ad hoc q̃ hõ sit iustus nõ sufficit iusta facere: ſz requirit' q̃ iuste faciat iusta fm Aristo. ij. z. v. Et bi. Uñ qui suspẽdit furẽ zelo vindicte ꝑpter grauamẽ personale facit quidẽ iuste ſz nõ iuste: sed ad hoc q̃ hõ sit iustus requirit' q̃ iusta faciat amoze iusticie. Et iõ dicit Ansel. de libero arbitrio. c. iij. q̃ iusticia est rectitudo voluntatis ꝑpter se seruata. z Deut'. xvi. Juste qõ iustũ est exequere. Ex q̃bus patet q̃ ꝗttuoz gña hoim sunt q̃ iusticiã quodãmodo faciũt: z ta-

men cā nō diligūt vicz appetitiui honoris et reue-
rentie: vindicatiui rācoꝝ z impatiētie: lucratiui nu
merū z dissimilatiui scelerꝝ. Būt em̄ ꝓmo quidaz
qui licet iusticiā nō diligāt: volūt tm̄ videri iusti: ar
guunt delinquētes: vituperant vitia: docēt virtutes
punīūt sine miscōdia: z cū oī intentiōe corrupta: qz
non ob aliud nisi vt honorificenť ab hoibz z vocen
tur iusticie zelatores. Tales fuerūt scribe z phari
sei. de qb⁹ Matth. v. Nisi abūdauerit iusticia vīa
plus qz scribarū z phariseoꝝ nō intrabis i regnuz
celoꝝ. Scōo vindicatiui rācoꝝ z impatiētie ꝓten
dunt se esse amatores iusticie z nō sūt. Sicut ei iu-
sticia vult vindicare delicta: sic z ira. vñ iratus an
te vindictā dolet quasi patiēs aliqō iniustū: sz quā
do punit delectať. sicut ōr. iij. ethi. ca. xxij. Tales
fuerūt illi duo senes iudices q̄ susannā adiudica-
uerat morti: qz eorū libidinosum amorē ꝓtempsit.
sicut ōr Dañ. xiij. Inter cēm passiōes malas q̄ i iu-
dice esse pñt. ira est vna de peioribz. Nā ira impe-
dit animū ne possit cernere verū: sicut dicit Gatho
Ira excogitat cās calūniādi: z vbi culpa nō subest
ira in penis nescit modū tenere. Vñ Seneca in li.
i. de ira ad nouatū. De iudice quodā malo dicitꝙ
furoze accēsus ꝓdēnauit ad morte tres milites in-
continētes ꝑ hūc modū: vnū iussit occidi: qz de via
redierat sine socio cōmilitone: ꝓponēs ei q̄ eū in-
terfecerat: ꝓcepitqz statim cuidā militi astāti q̄ eū
duceret ad locū supplicij vbi morte plecteret cum
aūt esset educt⁹ redijt cōmilito san⁹ z incolumis ꝑ
quo alius morte plectēdus ducebať. Uidēs autē
hoc tert⁹ miles q̄ ꝓmū ducebať versus supplicium
redijt ad iudicē: z ambos coꝝā illo milites pñtauit
quos vt vidit tyrānus furoze accēsus iudiciū de
dit tale. ꝓmo dixit te iubeo occidi: qz iussus es oc-
cidere z imperatori nō obedisti. Scōo te inq̄t iubeo
interfici: qz dānatus es: z tertio te inq̄t sil'r iubeo
interfici: qz cā cōmilitoni dānatiōis fuisti. Et sub-
dit Seneca ibidē. O qz solers ē ira cūdia ad fugiē-
dum cās furoris. Tres em̄ ibi puniri sūt ob vni⁹
innocentiā. Excogitat iste quēadmodū faceret cri
mina cū nullū inueniret: habet em̄ ira cūdia ꝺ ma-
lum qō nō vult regi. Nā ipsi veritati irascať si con-
tra volūtatē ei⁹ aliq̄d faciet. hec Seneca. Et ideo
signāter ōr Jaco. i. Sit aūt oīs hō velox ad audiē
dū tardus ad irā. Ira em̄ viri iusticiā dei nō operať.
Tertio lucratiui numoꝝ ꝓtendūt se iusticiā dilige
re: sz mēntunť oīno. diligit em̄ pecuniā: z ꝓpter pe-
cuniā faciūt iusticiā. Isti nō diligūt iusticiam nisi si
cut veneficus venenū z iudas xp̄m ad vendendū.
Isti em̄ sunt mercatores iusticie z nō amatores: z
sicut mercator nō curat cui vēdat merces suas ni
si q̄ ille bēat q̄ pl⁹ offert de pecunia: ita tales iudi
ciūsuū vēdūt indifferēter iusto z iniusto. Dūmodo
ille pot⁹ bēat q̄ plus de pecunia eis donat: ꝺbus
deus merito maledixit. Esa. v. Ue q̄ iustificat impiū
ꝑ muneribz z iusticiā iusti aufert ab eo. Quar
to dissimilatiui scelerꝝ nō sūt iusticie dilectores: hz
em̄ iusticia q̄ culpe correspōdeat pena sicut mor-
bo medicina: z iō talis pietas vl'cōpassio falsa est z
iniusta: sicut em̄ mr̄ q̄nqz nō sustinet filiū verbera-
ri vt corrigať. nec filiā aduri vt saneť. Et ꝙ tales lo
quēs aug⁹. in quadā epl'a dicit. Molestus ē me-
dicus furēti frenetico: z pr̄ indisciplinato filio: ille
ligando: iste cedendo. si aūt illos negligāt z perire
ꝓmittant: ista pot⁹ falsa māsuetudo z crudelitas
est. Et ideo signāter ōr in ps̄. Beati q̄ custodiūt iu
diciū z faciūt iusticiā. Et Matth. v. Bti q̄ esuriūt
et sitiūt z̄c. Uñ nota ꝑm Anselmum de ꝓcordia q̄
dupler est affectio anie: quedā cōmodi z quedā iu
sti. Prīa est affectio a volūtate insepabilis. Scōa
est sepabilis. Sub prima cadet affectio cibi z po-
tus z hmōi. Sicut igiť oī die renouaťi nobis esu
ries z sitis: ita affectio iusticie in crimibz corrigen
dis semp debet esse in nobis recēs z insepabil': z iō
dicit. Beati q̄ esu. z̄c. Glo. Amatoribz veri boni sa
tis est q̄ iusti sūt: sz semp sitiūt opa iusticie: vt de q̄-
libet tali verificeť illud Apoc. xxij. Justus iustifi-
cabiť adhuc. dicit igiť. Diligite iusticiā. Est aūt ¶ L
hic ꝓmo dubiū quare ꝓncipibz z ꝑlatis potius ōr
Diligite iusticiā q̄z diligite prudētiā vl' aliquā aliā
virtutē moralē. Ad hoc dicendū q̄ huiꝰ dupler ē
causa. Una qz habita iusticia in ꝑlatis habētur cō
muniter oēs virtutes. z hoc est qō dicit Amb. i era
me. Ubi inq̄t est prudentia: ibi iter dū est malicia:
vbi fortitudo ibi iracundia: vbi tpantia: ibi impa-
tientia plerūqz aut alia vitia. Ubi aūt iusticia ibi
est ꝓcordia virtutū cetera q̄. Scōa cā est: qz sine iu
sticia nō pñt reges z ꝓncipes esse dñi: z ideo ml'tū
diligere dñt illud sine q̄ dñi esse nō pñt. Amota ei
iusticia fiunt reges tyrāni. Uñ. aug⁹. iiij. de ci. dei
ca. iiij. Remota iusticia q̄d sunt regna nisi magna
latrocinia: z latrocinia q̄d sunt nisi parua regna.
Ad qō ostendendū inducit augustin⁹ hystoriā de
alexandro magno: z quodā pirata q̄ vocabať dio
nides: q̄ tm̄ plen⁹ narrať Polli. li. iij. vbi ōr q̄ cū
pirata cōprehensus esset: z cū alexander interro-
garet ꝓpter q̄d mare haberet infestū. Rndit libe-
ra voce. tu ꝓpter q̄d orbē terrarū: sed qz ego facio
illud paruo nauigio: latro vocor tu aūt quia ma-
gna classe facis: dictis imperator: si solus captꝰ fue-
rit alexander latro erit. nā si ad nutū dyonidis po
puli famularen̄. erit dyonides imperator: nā quan
tū ad cām nō differūt nisi qz deterior ē q̄ rapit im-
probius q̄ iusticiā deserit abiecti uis: q̄ manifestꝰ
ipugnat: leges q̄s ego fugio tu ꝑsequer⁊: ego vtrū
qz vereor: tu ꝓtenis: me fortune iniq̄tas z reifami-
liaris angustia: te fastus intolerabilis z inexplica
bilis auaricia furē facit: si fortuna māsuesceret: fie
rē forte melior: z tu q̄ fortunatior nec⁊ eris. Mi
ratus alexāder ꝓstantiā hoīs cū increpeť iuste et
merito argueret. Exptar inq̄t an futurꝰ sis melio-
or: fortunā mutabo ne tūc alicui qō deliq̄sti: sz tu-
is moribz ascribať: cūqz fieri iussit militē vt posset
exinde saluis legibz militare. Ex isto sequiť q̄ sine
iusticia nō pñt reges iuste regnare. Scōm pōt
esse dubiū q̄ est magis necessaria rei publice vl' iu-
sticia vel amicitia. Et videť q̄ iusticia. qz. v. ethi. c.
viij. in quadā ꝓportione pmanet ciuitas: sz b̄ ꝑti-
net ad iusticiā. Jtē ca. ij. Justicia est p̄clarissima vir-
tutū: z ē virtus pfecta: z neqz hesperꝰ neqz lucifer ē
ita admirabil'. Ad oppositū arguiť ꝑ Tullium de
amicitia. Est ei amicitia ꝑm cū oīm diuinarū hu-

Amen Finit.

manarūq; rerū cū beniuolentia ⁊ claritate ꝓsen-
sio: sz illa est marime necessaria reipublice ḡ ⁊c. Et
addit q; si oēs hoies essent amici nō indigerem⁹ iu
stitia: sz quātūcūq; hoies essent iusti adhuc indige
remus amicitia. Et ideo dicit Aristo. q; amicitia
est magis necessaria q; iusticia. Dicēdū q; sicut di-
cit Aristo. ij. Ethi. Justicia est duplex. s. iusticia le
galis, q̄ ē oēs ꝟtutes ⁊ nō est ps virturis sz est tota
virtus. Alia est virt⁹ pticularis q̄ fm eū diuidit in
cōutatiuā ⁊ distributiuā. Sitigit querit an isticia
sit magis necessaria rei publice vl amicitia: ⁊ fiat q̄
stio de iusticia gñali. Dicendū q; illa est magis ne-
cessaria sicut totū est meli⁹ sua pte. Si ꝟo de iusti-
cia particulari. Dicēdū q; amicitia est magis neces
saria. Et hoc satis innuit aristo. vi. Ethi. c. i. vbi dicit
q; amicitia ꝟtinet ⁊ ꝟseruat ciuitates ⁊ legispoſi-
D tores magis circa eā. s. amicitiā studēt q̄z circa iu-
sticiā. Ad argumentū in oppositū: verū ē q; p iusti
ciam cōmanet ciuitas magis q̄z p amicitia. Qđ aūt
dr q; iusticia ē pclarissima virtutū: loq̄tur ibi de iu
stitia legali: nō de iusticia pticulari. Qui iudicat⁊
terrā. Et ista lr̄a tripl̄r exponit. Prio mō sic. terrā
id est homies. Generalit enim homines possunt
vocari terra: tū q; de terra sunt originē ducētes.
Eccī. xxxiij. Oēs hoies de solo ⁊ ex terra sunt vñ
creatus est adā: cū terrā inhabitēt. Unū Pſ. Inco
la ego sum in terra. Tū q; ex terra sūt existentes.
Eccī. xvij. Omnis hō terra ⁊ cinis. Tū q; in terrā
reuertent. Eccā. iij. Qui de terra sūt in terram re
uertent. Unū in hō q; dicit terrā repmit supbiā iudi-
cum ⁊ plato ꝟ. Terra cni vilis est ⁊ infimū omniū
corpoꝝ. vñ Eccī. xlij. dr: Quid supbis terra ⁊ ci-
nis, debent ḡ iudices ⁊ plati ꝟsiderare iudicando
q; ipsi nō sūt celestes: sz terreni sūt hoies alijs sil'es
in ꝟditionis fragilitate: alijs ꝟuertibiles i corru-
ptibilitate: alijs eq̄les i nature vtilitate: q; terra,
nam fm phm. Terra est mr̄ oim corporū: vnde et
ipsi filij sūt matris nr̄e gñalis q̄ est terra: ⁊ etiā ipi
sunt filij pr̄is nostri gñalis q; est terra fer ⁊ putre-
do oim elementorū. Qđ ꝟsiderās brūs Job. xvij.
c. ipi terre dixit: Pat̄ me⁹ es tu ⁊ mr̄ mea. Scđo
modo exp̄it ista lr̄a. de terra. i. de eccl'ia, pp̄ tres
cōditiones terre q̄ eccl'ie ꝟueniūt. vicz humilitatez
stabilitatē ⁊ fertilitatē. Unū Bern. sup cantica de
eccl'ia sic exclamat. O humilitas ⁊ sublimitas ⁊
tabernaculū cedar ⁊ sanctuariū dei terrenū habi-
taculū ⁊ celeste palaciū dom⁹ lutea ⁊ aula regia ⁊
thorus mortis ⁊ rēplū lucis ⁊ despectio superbis
⁊ sponsa xp̄i ⁊ stabilimentū sane doctrine ⁊ fertili-
tas fidei xp̄iane. quasi diceret multa bona in te re
lucent si bñ fuerint iudicata. Tertio mō exponi
tur ista lr̄a de terra. i. de carne nostra ⁊ corpe nr̄o
q; debet iuste iudicare vt dei⁹ obsequiū rationabile
fiat ⁊ deo placeat. vñ Greg. in mora. dū carnal' vi-
ta corrigit ⁊ vsq; ad abstinētie studiū a proficienti-
bus ꝟuenitur quasi in altare iam corpus nostruz
vel caro nostra incenditur vel offert: vt vnde in cō
spectu omnipotētis sacrificiū redoleat: vnde ꝑus
culpa displicebat. Qui ergo diligitis iusticiaz: sic
iudicate terram.

Lectio. III.

Entite de domino in
s bonitate ⁊ in simplicitate cordis querite
illum: qm̄ inuenit ab his q; nō tēptāt il-
lum. Apparet aūt eis q; fidē habēt in illum. Qz p-
posuit salomō q; ad inquirēdā sapientiā de q̄ intē-
tio est pncipal' hui⁹ libri necessaria ē iusticia. Post
q̄z pmisit hic de ipsa iusticia, psequit ꝟsequēter. Et
qz iusticia a cultu dei incipit, iō pmo oñdit quō hō
debet ordinari ad deū in mēte. Scđo quō in fmo
ne. ibi. benignus est em̄ ⁊ tertio gñaliter quō in to-
ta cōuersatiōe. ibi nolite celare. Circa primū ostē-
dit pmo quō deus p virtuosas cogitatiōes placa-
tur. Scđo quō p vitiosas ab hoie sepat̄. ibi. Per
uerse enī. Circa pmū est sciendū. q; mēs huma- A
na ordinat̄ ad deū p tria. p fidei integritatē p cor-
dis charitatē ⁊ p spei firmitatē. Et hec tria i textu
isto notant̄. Primo qz sine fide impossibile ē place
re deo: pmittit fidei integritatē dicēs. Sentite de
dño in boni. ⁊c. De dño. i. ea q̄ sunt de dño reuela
ta. q̄si diceret: sacrā scripturā p quā deus cogno-
scitur pie ⁊ humil'r ⁊ studiose legite ⁊ intelligite: et
que nō potestis de deo pbare pie credite: qz sicut
dr Prouer. xxv. Qui scrutator est maiestatis op-
primet̄ a gl'a. Scđo qz fides nō saluat sine chari-
tate: qz si habuero oēm fidē ita vt mōtes trāsferā:
charitatē aūt nō habeā nihil sum. i. Cor. xiij. Jō
postq̄z mēs humana ē pmo illuminata p fidē, opor-
tet q; scđo sit inflāmata p charitatez. Et iō subdit,
in simplicitate cordis q̄rite illū. Querite em̄ per
amorē ⁊ dilectionē. Juxta illud Cañ. iij. Quesiui
quē diligit ania mea. Bern. sup cātica sm̄one. xx.
Nō abduci blādicijs: nec frāgi iniurijs: nec seduci
flagicijs: toto corde: tota aīa: tota ꝟtute diligere
est. Et vt breuit̄ dicā toto corde diligere: est oē qđ
blandit̄ de ꝑpria carne velut illicita respuere: sz qz
iā nemo q̄rit efficacit̄ qđ nō sperat: iō post fidei in-
tegritatē ⁊ amoris charitatē: subdit spei firmitatē
dicēs. Qm̄ inuenit̄ ab his q; nō tēptāt illū. Glo. su
per illud Matth. iij. Nō tēptabis dñm deū tuū.
Dicit sic. Nemo tēptare dz deū qm̄ ex humana ra
tione hz q̄d faciat. Ille enī tēptat deū q; cōmittit se
periculo qm̄ ex humana rōne pz euasio: ⁊ ideo xp̄s
dixit Matth. x. Cū vos psecuti fuerint i vna cita-
te: fugite i aliā: sicut ipe idē fugit ⁊ latuit puul⁹ in
egypto. Matth. ij. Et postea iā fact⁹ vir idē fec̄ Jo
han. viij. Sic paulus dimissus in sporta euasit. ij
Cor. xj. sz sicut dicit glos. vbi ꝑus. Postq̄z huma-
na rō defecerit: cōmēdet se hō deo nō tēptādo: sed
deuote ꝟsitendo, ꝑpriā infirmitatem. ij. Paral'. xx.
Cū ignorem⁹ q̄d agere debeam⁹ hic solū hēm⁹ re-
sidui vt oc'os nr̄os dirigam⁹ ad te. Itē glo. supra
pſ. lxxxi. vel lxxxij. Temptare ē cū in verbis ē sim
plicitas ⁊ in corde est malicia. Et tales nō q̄rūt de
um in simplicitate cordis: ⁊ ideo nō inuenit̄ ab eis
qui temptant eum. Apparet aūt eis q; habēt fidē
in illum. Hic est notandū q; aliq; tēptāt dei cle- B
mentiā q; negligēter orāt sine deuotiōe: sicut si ali-
qs tēptaret si hō dormiat vl nō. Eccī. xviij. Ante
orationē ꝑpara animā tuā ⁊ noli esse quasi q; deū
tēptat. Aliq; tēptāt dei patientiā q; pseuerāt in pecca

tis.in ps̄. Temptauerūt ⁊ exacerbauerūt deū excelsum ⁊ testimonia ei⁹ nō custodierūt. Aliq̄ temptāt dei iusticiā q̄ orant vindictā. Luc.ix. Vis dicam⁹ vt ascēdat ignis de celo. Aliq̄ tēptāt dei potentiā vt temerarij in periculis. Judith.viij. Qui estis vos q̄ tēptastj dīm. Loquit̄ ꝯra sacerdotes qui statuerūt vt deus eos liberaret infra aliquos dies. Quidā tēptāt sapiētiā dei qui exponūt se docendū sine studio ad ⁊ p̄meditatiōe. ps̄. Temptauerunt deū in cordibꝫ suis ut peterēt escas aiab⁹ suis. Nō solū aūt inuenit̄ ab his q̄ nō tēptāt illum sed apparet. i. spōte se eis ostēdit: nō tñ adhuc statim p̄ spēm sz p̄ fidē p̄mo ⁊ post p̄ spēm: ⁊ iō subdit. Apparet aūt his q̄ habēt fidē in illū. i. fidē tendentē in illū p̄ dilectionē. Sic̄ḡ has tres ⁊tutes theologicas ordinātes mentē in deū: homi iusto esse necessarias patet manifeste. ℣ Iō p̄t esse dubiū h ⁊tutū p̄ter ⁊tutes morales acq̄sitas necesse sit ponere theologicas. Et videt̄ q̄ nō: q⁹ de oib⁹ virtutibus necessarijs ad felicitatē vel beatitudinē determinat aristoteles sufficiēter in moralib⁹ suis: ⁊ non facit mentionem nisi de naturalib⁹ vl̄ acquisibilibus aut ꝯsilib⁹: ḡ ille sole sufficiūt. ℣ Preterea hō p̄t ex naturalib⁹ suis assentire his q̄ fides p̄dicat de deo si bñ instruat̄. Sil̄r deū cognitū p̄t amare sup oia ⁊ sperare q̄ deus dabit sibi vitam īmortalē. ḡ ad illos act⁹ nō ē necesse ponere hītos infusos. Añs pz: q⁹ alit̄ hō infidelis nō foret vituperand⁹ si nō crede ad p̄dicationē doctorū catholicoꝝ. ℣ Preterea si tales hītus infusi forēt in nobis: hō posset scire ⁊ experiri eos p̄ eoꝝ opatiōes: ⁊ sic posset hō de lege cōi scire se esse in charitate. ꝯns falsū. ꝯsequētia pz q⁹ icōuenīs ē nobilissimos hītus esse in nobis ⁊ latere nos. Ad oppositū ē ap̄l's. j. Cor. xiij. Nunc aūt manet fides spes charitas tria hec. Ad istud dubiū dicēda sūt duo. ℣ Primus est q̄ sicut reuelatū ē sctis p̄ſib⁹: sic scola catholica tenet ⁊ eccl'ia tradit. Nō ē q⁹ duplex ē bonis felicitas: natural'⁊ supnaturalis. ℣ Prima ē ꝓportionata nature hūane ad quā p̄t ptingere p̄ principia nature sue. Alia excedit ⁊ ad illā nō p̄t ptingi nisi diuina virtute fm quandā diuitatis participationē Et iō ad illā ꝯsequēdā oportet q⁹ hmōi supaddantur. ⁊tutes theologice: q̄ iō theologice dicunt̄: q⁹ a solo deo inf̄undunt̄ ⁊ sola diuia reuelatōe i sacra scriptura nob traduntur. Ad p̄mū arist. nō tradit nisi de ⁊tutib⁹ ordinātib⁹ hoiez ad felicitatē hūanā. Ad scōm pz q⁹ bñ nō p̄t hō facere meritorie ex naturalib⁹. Ad tertiū nō simpl'r latēt: sz credim⁹ nos: tales hīt⁹ hīe. Verbū aūt p̄bi dz itelligi de hītib⁹ naturalib⁹. In simplicitate cordis q̄rite illū. Circa q̄ nota. q⁹ i hoc q̄ttuor inuunt̄ q̄ vitā boni rp̄iani faciūt meritoriā in p̄nti. Rectitudo sctē ꝯuersationis in simplicitate. Gratitudo pie deuotionis: cordis. Sollicitudo discrete inq̄sitiōis: q̄rite. ⁊ altitudo q̄ere ꝯtemplatiōis. illū. Simplicitas ātilla dz eē cū prudētia. sicut dr Math.x. Estote prudētes sic̄ ꝛc. Unde Gen.xxxv. dr de iacob q⁹ vir simpler hītabat i tabernaculis: ⁊ tm̄ q̄nte prudētie fuit erga fratrē suū esau i emēdo p̄mogenita sua: erga p̄em i surripiēdo bñdictionē; erga auūculū in custodiēdo greges. erga vtroz̄es pacifice eas regēdo ⁊ i mltis alijs p̄z i Gen. diffuse. ⁊ iō simplicitas asinina nō ē cōmēdabil'sz colūbina. Ro.xvi. Volo vos sapiētes esse in bono: simplices aūt i malo. Et dz hec simplicitas esse sine plica vane intētiōis sine ruga falsē opionis: sine tegumēto palliate fictionis. Primā simplicitatē nō hīt q̄ facūt opera de gñe bonoꝝ intētiōe hūane laudis vl̄ luce tpal: et nō p̄ter ⁊itatē ⁊ honorē dei ꝯ q̄s dr Math.vi. Si oculꝰ tuꝰ fuerit simpler: totū corpꝰ tuum lucidū erit. Qō exponēs btūs augꝰ. li.ij. de ser. dñi in mōte dr. Oculꝰ dr intētio q̄ q̄libet in ope suo finez intuet̄. Corpus vero cōgeries operū intelligitur. Tunc aūt oculus est simpler: qñ intētio solūmō in deū dirigit̄: ⁊ qñ sic est: tūc tota cōgeries operū luce iusticie coꝝ deo resplēdet. Unde Greg. sup Eze. j. omel'. vij. Si nr̄a intētio apud deū fuerit simpler eiꝰ iuditio nr̄a actio tenebrosa nō erit. Scōam simplicitatē nō hīt heretici q̄ veris sentētijs fidei x̄piane cōmiscent errores falsaꝝ opinionū. Unde hi non sunt simplices corde ⁊ lingua imo duplices ⁊ biligues. ꝯ q̄s ℣ Prouer. xvij. Uerba bilinguis quasi simplicia ⁊ pueniūt vsq̄ ad īteriora vētris. ⁊ Eccl. ij. Ue duplici corde ⁊ labijs sceleratis ⁊ mānib⁹ malefacientib⁹ ⁊ pctōri i gredienti terrā duab⁹ vijs. Tertiā simplicitatē nō hīt p̄ditores ⁊ dolosi q̄ p̄tēdūt vnū in ore ⁊ aliud hīt i cordis. de q̄bꝫ ps̄. Labia dolosa in corde ⁊ corde locuti sunt. De q̄bꝫ verificat̄ illud Jac.j. Vir dupler aīo inc̄stās ē i oibus vijs suis. Dicit aristo. xvij. de anīalib⁹. c.iij. q⁹ in animali nō ē nisi coꝝ vnū ⁊ aīa vna. Scōo dēt hīre hō gratitudinē pie deuotōis ⁊ iō dr corde. Ubi notandū q⁹ deus exigit coꝝ hūanū sibi dari tripl'r. s. liberalit̄: integral'r: ⁊ p̄petual'r. ℣ Prio vult deꝰ q⁹ tu des sibi libe coꝝ tuū. nō q⁹ mutues: nō q⁹ vēdas: sz q⁹ dones. Mutuāt q̄ sibi fuiūt p̄ tpali p̄sperita te ꝯsequēda: ⁊ qñ eis substrahit̄ p̄spitas: substrahūt ⁊ illi coꝝ a deo. ps̄. Cōfitebit̄ tibi cū bñfeceris ei. Illi aūt vēdūt q̄ eū diligunt p̄ mercede q̄ tm̄ de deo cogitāt quātū iā de bñficijs ab ipo se p̄cepisse cognoscūt. Primi em̄ mutuāt sub spe futuri commodi: sz isti vendūt iā p̄ mercede accepta. De q̄bꝫ dr. ℣ Pl's hic labijs me honorat: coꝝ aūt eoꝝ lōge est a me. Illi āt coꝝ suū deo donāt q̄ merā dei bonitatē ⁊ bñficia spūalia cogitāt: nec nō ⁊ amore celestj patrie coꝝ suū custodiēdū ⁊ regēdū i manib⁹ dei ponūt. Et istū modū exigit sibi deꝰ. Unde si gnant̄ dicit ℣ Prouerbiorum xxiij. Prebe fili mi coꝝ tuū mihi. q. d. fili mi p̄ creationē: fili mi p̄ informatōez: fili mi p̄ redēptionē: p̄be p̄ donationē: coꝝ p̄ dilectōez: tuū p̄ possessionē: mihi p̄ deuotionē. Uult ḡ p̄mo q⁹ des sibi coꝝ tuū libera liter. Scōo q⁹ des ei coꝝ tuū integra liter. Math.xxij. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua. Est em̄ deus sicut homo zelotipus qui nō p̄mittit vroꝛi sue alios diligere. Exo.xxxiij. Noli adorare deū alienū. Deꝰ em̄ zelotes nomē eius dñs ⁊ emulator nec mirū: quia solus redemit te. Aquis generosa cum diu volauerit et se fatigauerit et predam suam ceperit: requirit coꝛ prede sue pro mercede. Sic christus generosus ille falco: qui pro te sua preda capien-

·9p̄d· bene p̄ticata.

glosam. Et hoc apparet q̄ lr̄a debet eē munierit: z nō minuerit: ꝫ raban⁹ sic exponat. Consequēter cū dicit: videbūt em̄. Assignata eo⁊ ignoratia assignat eo⁊ malicia dicēs. Videbūt em̄ mortē sc̄ō⁊ in p̄ncipi z p̄tēnēt eos nesciētes finē future glie: sicut diues cōtēpsit lazarū z tm̄ portabat ab angelis in sinū abrae. Luce. xvj. z sic tangit eo⁊ culpa. Cōsequēter ibi: illos aūt: subdit eo⁊ pena: q⁹ dns illos irridebit. i. dignos irrisione mōstrabit in die iudicij gēalis. Prouerb. j. Ego q̄z in interitu vr̄o ridebo z subsannabo cū vobis qđ timebatis aduenerit: z in p̄s. Qui habitat i celis irridebit eos z dom⁹ subsannabit eos. Irrisio⁊ p̄prie fit cū cachinnatione oris z buccarū: ꝫ subsannatio fit cū rugatiōe nasi. Et sic tm̄ vult dicere q⁹ deus oñdit reprobos o⁊ irrisiōe dignos. Et hec ē sn̄ia lr̄e. Videbūt em̄ finē sapiēt̄. Sapiēs em̄ sicut dic Jsid. x. etbi. denoiat⁹ est a sapore: q⁹ sic gust⁹ aptus est ad discernēdū sapores ciboꝝ: sic sapiēs ad dinoscendū res z rerū cās eo q⁹ vnūqđ⁊ dinoscat atq; sensum veritat̄ discernat. Cui ⁊rius ē insipiēs eo q⁹ sit sine sapore nec alicui⁹ discretiōis siue sensus. Cum em̄ null⁹ sit sapiēs a natura: sic dic Arist. vj. etbi. ca. viij. Circa sapiam q̄ttuor sunt attendenda: videlz q̄s sit mod⁹ sapiam acq̄rendi: qđ sit gnū sapiētia cognoscēdi: qđ opus sapiam exercendi: q̄s fructus sapiam possidēdi. Primo igit̄ de mō acq̄rendi sapiam. Sciendū q⁹ ipsa nō acq̄rit sine amore: sine labore: sine būilitate: sine stabilitate. De primo Aug⁹. de moribꝫ eccl̄ie z monachoꝝ. lib. j. cap. xxix. Sapia si nō totis viribꝫ cōcupiscat inueniri nō pōt. amore querit̄: amore reuelat̄: amore in ea pmanctur. Sap. viij. Hanc amaui z exq̄siui a iuuentute mea. vñ metrice dr. Discе libens z eris sapiens z honore frueris. Qđ fieri q̄ris discе libens et eris. Primo igit̄ querit̄ amore. Scđo labore. vñ narrat Hugo didasco. li. ij. pte. ij. q⁹ apud veteres lectica p̄hie q̄ttuor plone supportabant: due in spē iuuenū p̄cedentes: z due in spē puellarū sequētes. Juuenes dicebant̄ amor z labor. Puelle cura z vigilia. In labore est vt agas: in amore vt p̄ficias: in cura vt prouideas: in vigilia vt attendas. vñ narrat Hiero. in suo policrato. li. iiij. q⁹ gentiles veteres sapientiā q̄si oīm deoꝝ principē colueрūt z eius imaginē p̄e foribꝫ oīm tēploꝝ depinxerunt: z iuxta imaginē ei⁹ ista ẏba scripserūt. Usus me genuit: memoria me peperit: sophiā me vocāt greci: vos sapiam: ego odi stultos homies z ignaua opera: z friuolas snias. Et hoc est qđ dr Prouerb. ij. Si sapiam inuocaueris z inclinaueris cor tuū p̄udētie: si q̄sieris eā tāq̄ pecuniā z sicut thesauros effoderis illā: tūc intelliges timorē dñi et sciam dei inuenies: q⁹ dns dat sapiam z ex ore ei⁹ prudentia. Sapia in scriptura figurat̄ p aurū qđ inter metalla p̄fundi⁹ generat̄ in terra z cū maiori labore effodit̄. Tertio ad acquirendā sapiam requirit̄ būilitas. vñ Aug. li. iij. de natura z origine aīe ad vincentiū in p̄ncipio. Quātuz apparet ex donis ingenij q̄ tibi largit⁹ est deus: p̄fecto sapiēs eris si te nō esse crediderіs: atq; vt sis ab illo q̄ facit sapientes pie suppliciter instanterq; poposceris z malueris errore non decipi: q̄z errantiū laudibꝫ honorari: z ideo cū quidā antiqu⁹ de modo discēdi interrogaretur: rn̄dit sicut recitat Hugo in suo didasco. vbi p̄us. Mens būilis studiū q̄rendi vita quieta Scrutiniū tacitū pauptas: terra aliena Hec reserare solēt mult̄ obscura legēdo. Destudio vero z būili volūtate discendi quā babuit plato scribit Hiero. ad paulinū p̄br̄m sub his verbis Si plato egyptū z architā tarētinū eādēq; o⁊ ita/lie q̄ quondā magna grecia dicebat̄ laboriosissime pagūit: vt q⁹ athenis mgr̄ erat z potēs: cuiusq; doctrinas academie gymnasia p̄sonabāt: fieret peregrinus atq; discipulus: mallēs aliena verecunde discere q̄z sua ip̄udent̄ ingerere. Prouer. xj. Ubi est būilitas ibi ē sapia. Quarto req̄rit̄ stabilitas z p̄seuerētia in addiscendo vñ antiquos p̄bos vsq; ad mortē legim⁹ studuisse. vñ Valeri⁹. li. viij. Carneades laboriosus ac diuturn⁹ sapie miles fuit. siquidē expletis. xc. ānis idem illi⁹ viuendi philosophandiq; finis fuit. Socrates. xciij. annū agens nobilissimū libꝝ scripsit. Chrysip⁊pus. lxxx. āno ex actissime subtilitat̄ volumē scripsit. Symonides lxxx. anno carmina cōscripsit de stabilitate studij archymedis quē nos mō archymedē dicimus: sicut credo: idē narrat Valeri⁹ Archymedis q̄z fructuosam fuisse industriā dicerē: nisi eadē illi dedisset vitā z abstulisset. Captis em̄ syracusis marcellus machinationibꝫ eius diu ac multū: victoriam suā inhibitā senserat: eximia tm̄ bois prudentia delectatus vt capiti illius p̄cere⁊ edixit: penetanuz glie in archimede reseruato q̄tum ab oppressis syracusis reponens ac dum is oculis aīoq; in terrā defixis formas describeret: militi q̄ predandi gr̄a domū irruperat: extractoq; super caput eius gladio quis nā esset interrogabat: p̄pter nimiā cupiditatem inuestigandi vel qđ q̄rebat: nomen suū indicare nō potuit: ꝫ p̄tracto manibꝫ puluere: noli inquit obsecro istū circulū ꝺturpare: ac pinde quasi negligens impij lictoris obtruncatus: sanguine suo lineamenta artis sue cōfudit: quo accidit vt p̄pter studium modo donare⊄ vita: mō spoliaretur Eccl̄i. vj. Fili a iuuentute tua accipe doctrinam: z vsq; ad canos inuenies sapiam. Sic ergo patet q̄s sit modus sapiam acquirendi. Scđo videndum est de signo sapiam cognoscendi. Ubi notanduz q⁹ apud stoycos signū sapie fuit patientia. vñ Seneca ad serenū in li. qui sic intitulat̄ q⁹ in sapientez nō cadit iniuria: sic dicit Epicurus ait iniurias intolerabiles esse sapiēti: nos aūt iniurias nō eē nec hoc nature repugnare: nō negamus rem incōmodam eē verberari z impelli z aliquo mēbro carere sed oīa negam⁹ iniurias eē. Non sensum illis doloribꝫ subtrahim⁹: sed nomen iniurie qđ nō pōt recipi salua veritate. Unde fm eundē ibidez: ista cōsequētia non valet: aliquis bō facit mihi iniuriam ergo ego accipio iniuriā. Ponit em̄ exemplares instantias. Esto q⁹ aliquis rē quā e villa mea surripuit: in domo mea ponat: ille furtum fecit: ego nihil perdidi. Si q̄s cū vroze sua tanq̄ aliena concubat: adulter erit: quāuis illa adultera nō sit. Aliquis mihi dedit venenū sed vim suam mirtum ci-

Signū sapie pa

bo perdidit sceleri se obligauit: ⁊ si nō nocuit. Nō min⁹ latro est cui⁹ teluz oppolita veste recluſuz est oia scelera añ effectū opis qñ culpe ſatȝ est: pfecta ſunt. Eodē mō lz aliqs inferat iniuriā: ſapiens eaz non recipit. Multa em̄ ſunt q̄ iniuriā ſubmouere pñt. Scōo q̄ in ſapientē nō cadit ꝛtumelia ſic p ſuadet. Multa em̄ q̄ videnᵗ ꝛtmuelie nō ſunt: ſed fiūt vitio interp̄trantis: ſi aliqs dicat ſibi ꝛtumeliā fieri ab aliq̄ q̄ ſibi nō aſſurgit. Ponit ḡrale exēplū: pueri aliqn ferīūt parētes: expuūt in matrē ⁊ lacerant: ⁊ cū nullus dicit eos ꝛtumeliā intuliſſe: ⁊ ſb/dit. Quē animū nos aduerſus pueros habebim⁹ hūc ſapiens aduerſus oēs: q̄bus eriaz poſt iuuētā canoſqz puerilitas eſt. Et addit q̄ inter eos ⁊ pueros nō est dīa niſi q̄ in moꝛib⁹ errāt voluptatē ſecuti nulla rōne regulati. Si q̄ra ab eo: q̄re ſi ſapiens nō accipit iniuriā nec cōtumeliā: punit q̄ talia ſibi vel alīs inferūt. Rñdet. Non ſeu laſcikſz illos emendat nec cū iraſcitur. Quis medic⁹ frenetico iraſcik? Quis febꝛicitantis a frigida aqua p̄hibiti maledicta in malā partē accipit? Hūc affectū aduerſus oēs hz ſapiens: quē aduerſus ſuos egros medicus: ſcit ſapiens oēs hos qui togati purpuratiqz incedūt. Valentes coloꝛatos: ſed male ſanos eſſe q̄s nō aliter videt q̄z egros ⁊ intp̄atos: non reſpicit. q̄d boies turpe iudicēt aut miſerū: non id qō pp̄s: ſed vt ſydera cōtrariū mūdo iter intēdūt: ita hic aduerſus opinionē oīm vadit. hec ille. Signū q̄ ſapiē fm ſtoycos est nō pati iniurias. vñ Boetⁱ⁹ ij. de ꝯſo. pſa. vij. narrat de quodā qui falſe aſſumpſit ſibi nomē p̄bi. ad iſtum caſu acceſſit quidam: ⁊ dixit ſe velle experiri an vere eēt p̄bs ſi illatas iniurias leuiter patiēterqz ſuſtineret. Ille ḡ pauliſp patientiā aſſumpſit: acceptaqz ꝛtumelia velut inſultans: iā tandē inquit intelligis me eſſe philoſophum. Cui ille nimiū mozdaciter intellexeram inquit ſi tacuiſſes. q. d. Si tacuiſſes: putaſſem te eē p̄bm. Nunc aūt qꝛ de tua patiētia queris vanam gloriā: ſcio qꝛ p̄bs non es. Et inde accipiť hoc vulgare ꝓuerbiū. Si tacuiſſes: p̄bs fuiſſes. Eccl. xx. Nō ſapiens tacebit vſqz ad tp̄s: laſciuus aūt ⁊ imprudens nō ſeruabit tp̄s. Tertio videndū eſt qō
D ſit opus ſapiam exercendi. vbi notandū q̄ p̄apue tres ſunt actus ſapiētis infoꝛmare: repꝛobare: et oꝛdinare. Infoꝛmare moꝛes: repꝛobare errꝛes: ⁊ oꝛdiare inferioꝛes. ⁊ ideo dicit Ariſto. j. Elēchoꝛum. Eſt aūt vt ad vnū ſit dicere opus ſcientⁱ nō mentiri de quib⁹ nouit: ⁊ mentientē poſſe manifeſtare. Pꝛimū ptinet ad infoꝛmationē. ſecūduz ad repꝛobationē. Dicit etiā p̄bs. j. metha. q̄ inter ea q̄ boies de ſapiente cōcipiunt: cōiter eſt vnū q̄ ad eum pertinet oꝛdinare. Et iō in aureo ſeculo ſoli ſapientes gubernabāt: ſicut dicit Seneca in epl'a xcij. ⁊ Hiero. in ſuo policrato. li. iij. Rhomanos p̄ncipes aut duces dum eo⁊ reſpublica viguit: nō memini illiteratos extitiſſe. Et neſcio quō cōtigit exquo in p̄ncipibus languit virtus lr̄arū: armate milicie infirmata eſt man⁹ ⁊ ipſius p̄ncipatus: q̄ſt p̄aſa eſt radix. Vñ quidā rex romano⁊ ſcribēs epiſtolam cuidaz regi franco⁊ quaten⁹ filios ſuos in litteris erudiret: iſtud interſeruit. Rex inquit illiterat⁹ quaſi aſinus coꝛonatus: hinc eſt q̄ Karolus trāſtulit ſtudiū de roma in pariſi⁹. De quo dꝛ q̄ oēs artes liberales habuit in ſuo palatio miro mō depictas. Et de dauid dꝛ q̄ habuit ſapiam ſicut angelus dei. Nulla em̄ cōitas ſine ſapiētibus regi p̄ōt. Sap̄. vj. Multitudo ſapientiū ſanitas eſt oꝛbis terrarū. In cui⁹ ſignū narrat Iſido. li. j. Etbi. c. xxvj. q̄ demoſthenes oꝛatoꝛ ꝓtra philippū regē tali fabula vſus ē. Cū philipp⁹ athenienſes obſideret: poſtulauit vt ſibi decem oꝛatoꝛes darent ⁊ tali pacto diſcederet. Rñdit demoſthenes lupos aliqñ paſtoꝛib⁹ quo⁊ diligentiā decipere volebant ſuaſiſſe vt in amicitiā cōuenirent: ea cōditione vt canes in quib⁹ erat cā iurgio⁊ iure illis traderent. Annuerut paſtoꝛes in ſpē ſecuritatis: dederūt canes quos ouiū ſuarū vigilantiſſimos cuſtodes habebant. Lupi ergo oī formidine adēpta oēs qō in gregib⁹ illis erat: nō p ſacietate ſed p libidine lacerarūt. Et iſto modo ſuaſit athenienſibus philippum regē: p̄ncipes pp̄li poſtulare q̄ facili⁹ poſſet oppꝛimere ſpoliataz cuſtodib⁹ vrbem. Quarto videndum quis eſt fructus ſapiam poſſidendi: de hoc ſatȝ dicitur Eccl'ſ. vj. Quid habet ampli⁹ ſapiens a ſtulto: ⁊ q̄d pauper niſi pergat illuc vbi eſt vita. ⁊ Sapien. vj. Concupiſcentia ſapiētie deducet ad regnum perpetuū.

Lectio. LV.

Terunt poſt hec de
e cidentes ſine honoꝛe ⁊ in cōtumelia inter moꝛtuos īperpetuū. Qm̄ dirūpet illos inflatos ſine voce ⁊ cōmouebit illos a fundamentis ⁊ vſqz ad ſup̄mū deſolabūtur ⁊ erūt gemētes ⁊ memoria eo⁊ peribit. Poſtqz ſpūſſctūs declarauit q̄ pſecutoꝛes iuſto⁊ decipiūtur in p̄ſenti p ignoꝛantiā. Hic declarat q̄liter poſt moꝛtē puniuntur p penarū tolerantiā. Tāgit aūt ſeptē penales ꝯditiones dānando⁊ q̄ ſunt iſte. Deiciēnt cuz ꝯfuſione. Affligent cū deſpectiōe. Repellent ſine rñſione. Deſtinent autenticatōe. Punient ſine cōſolatione. Conterent ſine ꝯdonatiōe ⁊ ſupꝛimentur ſine recoꝛdatiōe: ⁊ iſta iuſte patient⁊ p̄pter ſeptē malicias quas tyrānⁱ ⁊ mali homies p̄ſecutoꝛes ſancto⁊ habuerūt in vita. Fuerunt em̄ ambicioſi ad honoꝛes: argumentoſi cauillatoꝛes. Cōtumelioſi p̄territoꝛes: facinoꝛoſi ſuppoꝛtatoꝛes: pernicioſi p̄ſecutoꝛes: voluptuoſi leccatoꝛes. Et obliuioſi ꝓemptoꝛes: ⁊ iō merito reddēdo ſingula ſingulis iuſte iudicabūtur. Quia em̄ iuſto⁊ p̄ſecutoꝛes fuerunt ambicioſi ad honoꝛes: iō deiciēntur in ꝯfuſione: qꝛ ꝓtumelioſi p̄territoꝛes: ideo affligētur cum deſpectione. Quia fuerūt argumētoſi cauillatoꝛes repellent ſine rñſione. Quia facinoꝛoſi ſuppoꝛtatoꝛes deſtituentur autenticatōe. Quia pernicioſi perſecutoꝛes punient ſine conſolatione Quia fuerunt voluptuoſi leccatoꝛes conterent ſine ꝯdonatione. Quia obliuioſi ꝓemptoꝛes ſupꝛimentur ſine recoꝛdatione. Iſte ergo ſeptē penalitates innuūtur in lectione hodierna. Pꝛimo igit quia fuerunt ambitioſi ad honoꝛes: deiciēntur cum cōfuſione. Et q̄ntum ad hoc dicit p̄mo ſic. Et

erunt post hec.i.vitā istam: vl' post pcā multa q̄ p
petrauerūt decidētes sine honore.q.d.nō solum
erūt cadētes:sz p violentiā decidētes.in ps. Deci-
dant a cogitationib⁹ suis fm multi.impie.co.er.
eos qñ ir.te dñe. Decidāt inqt a cogitatiōib⁹ suis
ambicios⁹ z supbis:q̄bus honores z dignitates
cupiebāt in pñti. Decidāt cū diabolo capite z pnci
pe suo in pfundū inferni:videntib⁹ electis oīb⁹ hor-
ribilē casum.vñ Greg.xxiij.moza.ca.xx. Et viden
tibus cūctis p̄cipitabūtur:eterno iudice terribili
ter apparente:astantib⁹ angelo p̄ choris:assistente
cūcto ministerio celestiū potestatuū: ac electis oīb⁹
ad spectaculū deducet. Diabol⁹ crudelis z fortis
in mediū captiu⁹ deducit:z cū suo corpore.i.cū re-
probis oībus eternis gehēne incendijs mācipatur
cū dr. Discedite a me zc. O q̄le erit illud spectacu-
lū: qñ hec imanissima bestia electo p̄ oculis osten-
detur:q̄ hic belli tpe nimis eos terrere pōt ac si vi
deret. Sed occulto ac miro dei cōsilio agit: vt et
A nūc p eius gr̄am a pugnātib⁹ nō visa vincat: z tūc
a let' victorib⁹ iā captiua videat.hec Greg. Se-
cūdo qr fuerūt cōtumelios⁹: p terrores affligentur
cū despectiōe:z q̄tum ad h̄ dicit q erūt in cōtume-
lia: q̄si diceret nō solū p malo opere imo etiam ser
mone. Nā q̄libet reprob⁹ afficiet ab alijs:cōtume
lijs:maledictionib⁹:improperijs. Itē punient nō in
loco viuentiūvbi eē pōt spes auxilij:sz in loco mor
tis in inferno. Tertio punient nō ad horā nec iter
polatim:sz in perpetuū.vñ Greg.vj.moza.ca.vij.
exponēs illud Job.xx. Luet q̄ fecit oīa nec tñ ꝓsūme
et:nō inquit morte ꝓsumit:qr si cōsumeret vita
morient' etiā pena finiret:sz vt sine fine crucietur:
viuere in pena cōpellit:vt cui⁹ vita mortua hic fuit
in culpa:illic mors ei⁹ viuat in pena. Luet g̃ q̄ fecit
oīa nec tñ ꝓsumet qr cruciat z nō extinguit:morit
z viuit: deficit z subsistit:finit sp z sine fine ē. Ex so
lo auditu sunt valde terribilia: q̄ stomag' passiōe.
hec Greg. Cōsequēter ex istis ptz q illō ē erroneū
qō i q̄busdā q̄ternis apocriphis inuenit de reuela
tione fct̄ā cuidā pſone q aie dānato p̄ ab hora no-
na sabbati vsq ad horā nonā in dñicā:vel aliter ne
scio q̄diu:refrigerīū obtinēt:qō nihil ē. Si em̄ eo
rū pena nō sp duraret: nō eēt ppetua. Quicquid
em̄ ppetuū est:ꝓtinuū est z eternū:z oēs tales nar
B rationes p fictionib⁹ sūt hūde. Tertio reprobi: qr
fuerūt argumētosi z cauillatores repellent sine re
sponsione. Et q̄tum ad h̄ dicit. Qm̄ dirūpet illos
inflatos.i.q̄ parū añ fuerūt inflati vbis legibus z
falsis allegatiōib⁹. Dirūpet inq̄z. In illo qō dirūpi
tur fit magna discōtinuatio partiū subito. Et isto
mō fiet reprobis discordātia facto p̄ suo p̄ z mala-
rū volūtatū adinuicē. Et iō dr q de⁹ dirūpet illos
sine voce cuiuscūq̄z excusationis. Et istud ē notabi
le q in iniustis legistis z falsis aduocat': de quib⁹
frequēter visum ē q in morte tā in voce q̄z i lingua
puniant. Unde z expertū est q isti mali aduocati
et falsi placatores iusticiarij etiā iniusti imminente
morte amittūt vocē linguā z sensum. Cui⁹ rō est:
qr nō est iustū q̄ aliq̄s idē vendat alteri et retineat
sibi. Isti aūt oēs male z iniuste viuendo linguā vo-
cem sensum z facūdiam alijs vendiderūt falsē alle

gando z iniuste iudicando ꝓtra ꝓscias malicios⁹
obijciendo z cautelos⁹ suggerendo. Et iō iustū est
q̄ qñ indigent voce:voce p̄uentur. Esa.l. Uenditi
estis iniq̄tatib⁹ vr̄is. De istis loquit Solin⁹ Si-
doni⁹ in quadā epl'a ita dicēs. Uidi inq̄t morbum
incurabilē ad quē curādū nō inueniebat medicus.
Sed nunq̄z inueni cām adeo deperditā q̄n ad eā
tuendā inueniret aduocat⁹. Isti em̄ sunt valde re
probandi p̄ter q̄ttuor rōes. Primo deteriores vi
dent eē q̄z vilissime meretrices:qr ille vendūt par-
tem sui corpis mag' abhominabilē. Isti vo hones-
tissimā sui corpis partē sicut linguā z os. Scōo qr
deberent eē sicut stelle fixe mote tm̄ mō motu fir-
mamēti.i.motu veritat'.qr Prouer.xij. Labiū ve
ritat' firmū erit iperpetuū. Sz certe p maiori pte
oēs inuenīūtur stelle erratice qr mouent duplici
motu: videlz ꝓtra veritatē p̄ter mūera:z q̄nq̄z cū
veritate ducti ꝓscia. Et iōo de illis stellis dr Job.
xxv. Stelle nō sunt mūde in ꝓspectu eius. Tertio
dici pōt q lingua eo p̄ assimilat linguē statere que
statim ad minimū pōdus facit nutum z se inclinat
ad partē gr̃iorē: ita isti quōcūq̄z sit de veritate ad
illā partē magis inclinant q̄ sit in danda pecunia
magis pōderosa:de quo p̄ quolibet dr in ps. Mē
daces filij hoīm in stateris. Quarto cōparari pñt
illi cherubin q̄ tenet flāmeū gladiū atq̄z versatilem
ad impediendū reditū hoīs in paradisuz. Gen.iij.
Reuera isti aduocati mali: hñt flāmeū gladium:
qr lingua eo p̄ gladius acutus:z est valde versati-
lis:qr de facili verti pōt z ꝓtra veritatē z p̄ vitate.
Cherubin interp̄tat plenitudo scie. Et isti dicūtur
sapientissimi apud vulgus. Sed ad q̄d deseruiūt:
Reuera vt cōiter ad custodiendū viaz ligni vite ne
aliquis accedat ad lignūvite.i.ad xp̃m. Isti sunt q̄
falsa p̄curant diuortia: illegitima cōiungūt matr
monia:ecclias veris prelatis expoliant z symonia
cos copulant:innocentes excōicant:etiā vbis fal-
sis cū de iure non possint:rebelles ꝓciliant xp̃m z
ecclam p̄sequētes. Et iō verisīl'r narratur q q̄dā
vidit in spū Neronē apud inferos balneantē. Mi
nistri vero vndiq̄z circa cū aurū bulliens infunde-
bant. Dum em̄ vidisset vnā cohortē aduocato p̄ p
pe accedentem clamauit.huc inquit. O venale ho
minū genus. O aduocati amici mei accedite vt in
hoc vase balneamini mecum. Adhuc em̄ superest
locus i eo quē p̄o vobis seruaui. Audiui de quo-
dam causidico ō regno frācie. Hic per iura z act⁹
iuridicos de paupere clerico factus fuit mirabili-
ter diues. Tandē infirmatus fuit ad mortez: ami
ci eius ex omni parte astiterunt z rogauerunt eu
vt conderet testamētum. Ille grauissime infirma-
tus cepit cogitare qūo tot diuitias p̄ suā eloquen
tiam z lingue peritiam cōgregasset. Et recollecto
toto spū quē habuit clamauit in gallico:langue lā
gue. Idem.ij.et.iij.recitauit. Et cum admiraren-
tur qui astabant q̄d vellet signare:subiunxit iterū
in gallico:langue tot gayngua z langue tot aura.
Contingit autem eo tempore fratres p̄dicatores
de nouo venisse ad illam villā z aream habebāt:sz
nullā domū edificatam. Mandauit g̃ p̄o quibus
dam de illis fratribus. Et cū venissent coram fa-

milia ꝛ amicis dicit eis. Ego inquit peritia lingue lucratus sum ista bona tpalia: aurū argentum et alia p̄ciosa. Vos aūt linguis vr̄is lucramini spūalia ꝛ sempiterna. Et iō vobiscum mercamonia ꝓtrabam vt percipiatis ō fructu lingue mee vt ego vice uersa aliq̄d habere possim ō fructu lingue vestre. Et ideo dixi amicis meis: p̄iusq̄ veniretis quot langue tot gayngua ꝛ quot langue tot amica: ꝛ totum thesaurū fratrib⁹ dedit ꝛ mortu⁹ ē. Quarto reprobi: q̄ fuerunt facinorosi ſuportatores destituentur autenticatione: ꝛ q̄tum ad hoc dicit q̄ cōmouebit illos a fundamentis. Et istud est spāliter ꝓtra malos ministros ꝓsiliarios ꝛ baliuos isti oēs fungunt auctoritate q̄dam dn̄o⁹ sicut causarij iusticiarij ꝛ alij etiā officiales multi loquuntur semp in psona p̄ncipis. Et idē siue sit iustū siue iniustum auctoritatē habēt: q̄ fundamentū toti⁹ negotij fingit esse p̄ncipis. Et iō mō quos volūt suportāt ꝛ excusant: ꝛ q̄s volūt ꝓdēnant ꝛ sp̄ hūt pro se regiā p̄tātem ꝛ auctoritatē. Sz certe in die iudicij destituent ista auctenticatiōe: q̄ q̄libet hēbit respondere p̄ seipso, ꝛ iō bñ ōr. Et cōmouebit illos a fundamētis. Et p̄ oppositū de viro iusto ōr. Nō cōmouebit in eternū: qui habitat in hierl'm: q̄ fundamenta eius in mōtib⁹ scīs. Quicq̄d em̄ iusti siue ad partē siue iudicialiter allegāt et p̄posito: totum emanare debet de montib⁹ scīs. i. de doctrina sancto⁹. Quinto reprobi q̄ fuerunt p̄niciosi p̄secutores: iō punient sine ꝓsolatione. Et q̄tum ad hō dicit q̄ vsq̄ ad supremū desolabuntur p̄ tanto: q̄ lz punient citra ꝓdignū: tñ nihil dimittetur ipunitū Greg⁹. iij. dyalogo. Sicut multi in hoc mūdo sb vno sole cōsistunt: nec tñ equaliter eiusdē solis ardorē sentiūt: q̄ alius plus estuat alius min⁹ ita illic in vno igne nō vn⁹ est mod⁹ incēdij: q̄ q̄ hic diuersitas corpo⁹: illic agit diuersitas p̄ctō⁹: vt ꝛ ignē nō dissimilē habeāt: ꝛ tñ eosdē singulos dissimilit exurat. hec Greg⁹. Sexto q̄ reprobi fuerunt voluptuosi leccatores: iō ꝓterent sine condonatione. Et q̄tuz ad hō dicit q̄ erunt gemētes. Est antiqua narratio de iuuencula quadā in frācia: q̄ cū p̄ annū vixisset cū amasio suo lubrice ꝛ tandē impregnata fuisset ꝛ derelicta cepit flere ꝛ gemere et inconsolabilit ꝓtristari a qua cū quidā quesiuisset: q̄d tm̄ ploraret. Rñdit deploro gaudiū inq̄t anni preteriti. Isto mō satis iustū est q̄ illi q̄ sine p̄nia in p̄nti dant se voluptatibus carnis sue gemēt in futuro. Et si cā ab eis querat. Rñsio bona est q̄ gemūt ꝛ ploraut gaudiū anni p̄teriti. Nau. ij. Minabant gementes vt colūbe. Colūbe sunt aues multum lubrice ꝛ naturalit hūt gemitū p̄ cantu: in signū q̄ oēs q̄ se libidini mancipāt: gemūt vl' gemēt. Sap. xj. Dupler em̄ illos accepat tediū: ꝛ gemitus cū memoria ꝓteritoꝝ. Septimo reprobi q̄ fuerunt obliuiosi ꝓemptores: iō repment merito sine recordatiōe. Et q̄tum ad hoc dicit q̄ memoria eoꝝ peribit. Et p̄ oppositū dicit de iusto p̄s. In memoria eterna erit iustus. Mod⁹ erat apud romanos q̄ noia senioꝝ ꝛ iudicum in tabulis ereis scribebant. Et iō vocabant patres ꝓscripti. Quādo aūt ꝓtingebat q̄ aliquis delebat: fuit pro maximo scelere et confusione perpetua. Isto mō multi scribūtur fm p̄item iusticiam in eccl'ia militante. Quidā sunt epi quidam religiosi ꝛ solēnes clerici. Quidā rectores ꝛ curati: q̄bus fit verecūdia si in die iudicij in libro vite nō inueniātur: ꝛ fiāt de nūero illoꝝ de quib⁹ dicit p̄s. Perijt memoria eoꝝ cū sonitu. Et iterū. Deleant de libro viuentiū ꝛ cū iustis non scribantur. Et per contrariū de sanctis ōr Apoc. iij. Qui vicerit vestietur vestib⁹ albis ꝛ non delebo nomen eius de libro vite.

Lectio. LVI.

Enient in cogitatio

V ne pctō⁹ suo⁹ timidi et traducēt illos et aduerso iniq̄tates ipsoꝝ. Post q̄ spūsctūs tetigit in parte penā tirānis infligendaz in perpetuū in inferno: nec illa pena eis infligetur nisi in iudicio manifesto: q̄ō patere poterit toti mūdo. Iō iam tacta eoꝝ pena eternali: hic declarat aliquātulum de p̄cessu obseruando in iudicio generali: ꝛ hoc facit alternando: modo de iniustis: modo de iustis. Et circa hoc duo facit. Nā primo declarat formā fm quā apparebūt iniusti. Secūdo formā fm quā cōparebūt iusti. ca. v. Tunc stabunt iusti. Circa primū tria p̄dicit spūsctus in lectione hodierna de iniustis futura in iudicio generali: q̄ ibi p̄ntabuntur psonaliter sine p̄curatore: ꝓsternabuntur integraliter sine ꝓsolatore: accusabūtur criminaliter sine defensore: ꝛ ista tria valde sunt grauia quando nec hō p̄t hr̄e p̄curatorē nec ꝓsolatorem nec defensorez. Primo ḡ p̄ntabuntur personaliter sine p̄curatore: q̄ sicut ōr. ij. Co⁹. v. Oēs nos manifestari oportet ātē tribunal xp̄i: vt referat vnusquisq̄ p̄ut gessit: ꝛ q̄tum ad hoc dicit Uenient inquit in cogitatione sez timidi. Joel. iij. Uenite oēs gentes de circūitu ꝛ cōgregamini: ibi occūbere faciet dn̄s robustos tuos: cōsurgant et ascendant gētes in vallem iosaphat: q̄ ibi sedebo vt iudicē oēs gentes in circūitu. Uenient ḡ psonaliter sine dilatiōe q̄n vocabūtur ꝛ citabunt peremptorie illa terribili voce de q̄ dicat ap'lus. j. Tessal. iij. Q̄m ipse dn̄s in iussu ꝛ in voce archangeli ꝛ in tuba dei descendet de celo: ꝛ mortui qui in xp̄o surgēt p̄mi: in iussu. i. in imperatoris p̄tāte. Nō em̄ tunc veniet in humilitate: sicut venit in carnez in p̄mo aduentu: nō equitabit asinā nec baiulabit sibi crucem: sicut legit fecisse. Joh̄. xix. Sed tunc videbūt filiū hois venientē in nubib⁹ celi cuz p̄tāte magna ꝛ maiestate: sicut ōr Luc. xxj. Et ideo dicat ap'ls q̄ ipse domin⁹ veniet in iussu ꝛ i voce archāgeli. i. in voce facta per semetip̄m q̄ est p̄nceps angeloꝝ. Est em̄ angelus magni ꝓsilij. Esa. ix. ꝛ Joban. v. Mortui audient vocē filij dei ꝛ qui audierint viuent: vel in voce archangeli ad litteraz. i. in voce facta ministerio alicui⁹ archāgeli. Que vox erit ista: Surgite mortui venite ad iudicium. De hac terribili voce loquēs Hiero. sup Matheū dicit sic. Quotiēs diē illum ꝓsidero totis viribꝫ ꝓtremisco. Siue em̄ comedo: siue biboꝫ siue aliquid aliud facio: semp videt mihi tuba ista terribilis sonare in auribus meis: Surgite mortui venite ad

B iudicaũ. Ueniet ergo dñs in iussu z in voce archãgeli z in tuba dei. Ladẽ vox vocari pót tuba ꝓpter similitudinẽ ad vsum tube q̃ fuit in veteri testamẽto. Tuba em̃ cõuocabañ ad ꝓciliũ: cõmouebañ ad preliũ: z vocabañ ad festũ. Et isto mõ resurgẽtes cõgregabũtur ad ꝓcliũ iudicij: ad pugnã plij quo orbis terrarũ pugnabit ꝓtra insensatos: z ad festũ eterni cõuiuij. De hui⁹ tube voce Cryso. sup illud Math. xxiiij. Uirtutes celoꝝ mouebuntur dicit sic. Uere vox magna vox tube terribilis cui oĩa obediũt elemẽta: q̃ petras scindit: inferos aperit: portas ereas frangit: vincula mortuoꝝ dirũpit: z depfundis abyssi aias liberãs corporibus assignat. Hec oĩa citius ꝓsũmat in opere q̃z sagitta transit in aere dicẽte apl'o. In momento in ictu oculi. j. Coꝝ. xv. Erunt ergo isti tyranni z pſecutores iniusti terribiliter a mortuis excitati: euocati z psonaliter iudici pñtati. Terribile em̃ est quãdo hõ subito excitañ a somno p fragorẽ z strepitum tonitrui. Est aũt verisimile q̃ illa vox erit si cut vox tonitrui magni quo terrã tremere z celum ꝓcuti z vniuersa de suis locis videbũtur cõmoueri. Tũc reges z regine: prelati z ꝓcubine: milites z clerici: mercatores z monachi: nudi et cõfusibiles si mali fuerint apparebũt. vñ Hiero. in epl'a ad Elyodorũ monachũ Judicaturo dño lugubre mũdus immugiet: trib⁹ ad tribũ pectora ferient: potentissimi quondã magni reges nudo latere palpitabũt. ibi adducẽt Plato cũ suis stultissimis discipulis: tũc Arist. argumẽta nõ pderũt q̃n veniet ille filj⁹ paupercule questuarie iudicaturus fines orbis terrarũ. Sopho. j. Uox diei dñi amara tribulabit ibi fortis: dies ire dies illa dies tribulatiõis z angustie: dies calamitatis z miserie: dies tenebraruz et caliginis: dies nebule z turbinis: dies tube z clãgoris. Scõo impij in iudicio cõsternabũtur integraliter sine ꝓsolatore. Et q̃tum ad hoc subdit in l̃ra ꝙ nõ solũ venient: sed venient in cogitatiõe peccatoꝝ suoꝝ timidi. Et notandũ est differentia inter bonos z malos: qr boni timent de pcris suis z timent deũ ante iudicũ. in ps. Cõfige timore tuo carnes meas: a iudicijs enim tuis timui. Eccl'i. v. Deppiciatu pctõꝝ noli esse sine metu: z iõ timenti deũ bñ erit in extremis z in die defunctiõis sue benedicet. Eccl'i. j. Sed p oppositũ reprobi in pſenti nõ timent pctã sua nec etiã deũ: sed in iudicio timebunt q̃n timor erit ad penã nõ ad emendã. In quorũ pſona dicit ps. Timor z tremor venerũt super me z contexerũt me tenebre. vñ Greg. xiiij. moral'. Uitari nãq̃ terror iudicis nõ nisi ante iudicũ pót modo nõ cernitur sed pcibus placañ. Cuz vero in illo tremebundo examine sederit z videri potest z placari nõ pót: qr facta prauoꝝ que diu sustinuit tacitus: simul oĩa reddet iratus. Unõ necesse est nũc timere iudicem cum nõdum iudicium exercet cum diu sustinet: cũ adhuc mala tolerat que videt ne cum manũ in retributionez vltionis excusserit tanto in iudicio districtius feriat q̃sto ante iudicũ diutius nũc expectat. Tertio impij in iudicio accusabuntur criminaliter sine defensore. Et q̃tuz ad hoc subdit in l̃ra. Et traducent illos ex aduersoꝝ iniquitates eoꝝ. Traducere idem est qõ ad cõfusionem alicui⁹ id qõ fuit occultũ propalare. vñ Math. j. Joseph aũt cum eẽt iustus z nollet eam traducere ꝛc vult ergo dicere q̃ ipsamet petã sua ꝓpalabunt actores eoꝝ quasi essent aduocati accusantes z stantes ex aduerso ꝓtra reum. in ps. Peccatũ meũ contra me est semp. Quãdo aliquis deprehendit de furto: ipsum furtũ ꝓdẽnat eum. Dicitur q̃ simia fugiens venatorẽ q̃n habet fet⁹: illũ filiũ quẽ magis diligit apprehendit in brachia z fugit z alium dimittit. Ille vero dimissus insilit sup matrẽ sedens in collo suo velit nolit: venatore fortiter insequẽte: symia deniq̃ fatigatur: fatigata fetum magis dilectũ proijcit. Alius vero de quo nõ curauit velit nolit insistit donec tam mater q̃z proles capiañ. Isto modo pctõr: pctm̃ z delectationez tanq̃z duos filios habet: delectationẽ diligit: peccatũ nõ diligit. Mors venatur qr quotidie peccatorẽ insequit. Peccator q̃ sperans se cũ delectatione euadere: illam tanq̃z charissimũ filiũ inter brachia sua. i. inter intellectũ z affectũ portat. Sz imperceptibiliter pctm̃ a tergo se collocat z matrem nõ dimittit donec mors vel diabolus vtrũq̃z arripiat. Nota de nido in estate abscondito tpe estiuali in dẽsitate folioꝝ. Dubitatio litteralis circa predicta fit ista. Utrũ vox tubalis pcedens iudicium erit aliquo mõ causa resurrectionis corpoꝝ. Qõ nõ. Damascenus. Credo resurrectionẽ futuram diuina voluntate virtute z nutu: ergo cũ ista suffi- D
ciant nullo modo erit vox tube cã. Preterea frustra fit vox ad illud qõ audiri non pót: sed mortui nõ habent auditũ: q̃ frustra emittetur vox ad eos Preterea si talis vox esset cã resurrectionis: resurrectio foret naturalis. Licet em̃ vox illa causetur p virtutẽ a deo datã: sic dic̃ glosa sup illõ ps. Et dabit voci sue vocẽ virtut⁹: tm̃ habita tali virtute effect⁹ seq̃ret: sic i ceco illumiato restitutio visus est fctãp miraculũ sz visio seq̃ns natural'ẽ. Preterea resurrectio corpoꝝ fieri nõ põt a virtute finita. Sz vox illa quãtũcunq̃ magna: infinitam virturem habere nõ pót: ergo ꝛc. Preterea glo. ad Rom. viij. dicit q̃ resurrectio xpi est cã nostre resurrectionis. hec est inquit cã quare xp̃us suscitauit alios: qr suscitat⁹ est. Ad oppositũ est mgr̃ senten. iiij. di. xliij. ca. ij. vbi dicit q̃ causa resurrectionis mortuoruz erit vox tube q̃ in aduentu iudicis audiet ab omnibus: z cuius virtute excitabũtur mortui: z de monumentis resurgẽt. Iterum glo. sup illud ps. Dabit voci sue vocem virtutis: id est efficaciam resuscitandi oẽs mortuos. Ad questionez dicendũ q̃ cã dr dupl'r: videlz ꝑncipalis: z instrumẽtalis. Cã ꝑncipalis resurrectionis erit virtus diuina assistens illi voci illo mõ quo virt⁹ diuina assistit verbis sacramentalib⁹ in eccl'ia militante. Cã instrumẽtalis erit vox illa: sicut verbũ platũ est cã instrumentalis aliquo mõ trãssubstãtiationis panis in corpus xp̃i. Qualis aũt erit vox illa diuersimode dr. Dicunt quidaz q̃ ipsa euidens pñtatio filij dei in mundo dr vox ꝓpter illud verbũ Greg'. q̃ dicit. Tubã sonare nihil aliud est q̃z mundo iudicem filium dei demonstrare. Sz videt melius dicendũ

q̄ vox tube erit sonus quidā sensibilis et imperiū vocale xp̄i quo p̄cipiet mortuis resurgere iuxta illud Joh. v. Mortui audient vocē filij dei ⁊ qui audierint viuent. Et parū post. Oēs q̄ in monumentis sunt audiēt vocē filij dei. Et dicit hic vnus doctor q̄ videt sibi q̄ illa tria que enumerat aplūs .j. Tessal. iiij. In iussu et in voce archāgeli ⁊ tuba dei distinguūtur per modū istū. Erunt q̄si tria p̄cepta xp̄i. Primo em̄ in suo descensu xp̄s iubebit pulueres siue partes qualescūq; corpoꝝ mortuoꝝ recolligi p̄ ministeriū angeloꝝ ⁊ hoc notat cū dr q̄ descendat in iussu. Scdo p̄cipiet corpora reformari ex illis pulueribꝫ recollectis ⁊ formatis corporibus aias reuuere. Et ista duo fient p̄ diuinā virtutez. Et istud p̄ceptū notat cum dr. In tuba dei. Tertio archangeli q̄ fuerunt custodes p̄uinciarū in p̄uincijs quas custodierūt clamabūt fortiter et sensibiliter sicut sono articulato sensibili ⁊ mediāte alīq̄ creatura sensibili formata q̄ oēs corā iudice corporaliter cōpareant: diffinitiuā ⁊ irreuocabilem sn̄iam audituri. Et illa vox notatur cuz dr. In voce archangeli. De ista voce tubali p̄phetauit sibilla sicut recitat Aug⁹. xviij. de ciui. dei. ca. xxiij. Sed tuba tūc sonitū tristē demittet ab alto Orbe: gemens facin⁹ bois varioſq; labores. Ad p̄mū in oppositū dico q̄ fiet virtute diuina principaliter mediante voce instrumentali per modum quo dictū est. Ad scōm dicendū q̄ forme verboꝝ sacramentaliū habent suū effectū nō ex hoc q̄ audiūtur: sed ex hoc q̄ p̄ferunt: ⁊ sic in posito. Ad tertiū dicendū q̄ virt⁹ nō est in voce subiective: sed dr esse in voce q̄ vocī assistit operando. Ad quartuz patet q̄ fiet p̄ncipaliter virtute infinita. Ad q̄ntū q̄ resurrectio xp̄i est cā exemplaris nostre resurrectionis: nō aūt efficiens p̄prie.

Capitulum. V. Lectio. LVII.

Tunc stabunt iusti in

magna ꝯstantia aduersus eos q̄ se angustiauerūt ⁊ q̄ abstulerūt labores eorū. Postq̄ spūssctūs declarauit formā ꝯfusibilem in qua necessario cōparebūt iniusti in iudicio generali. Hic ꝯnter ⁊ ordinate occasione tam malorū q̄z bonoꝝ aggredit enarrare ordinē ei⁹ in spāli In quolibet aūt iudicio quattuor p̄sone requrūtur adminus de cōi iure: scz iudex: actor: testis: ⁊ reus. In isto vero iudicio iudex erit deus: reus peccator: actor p̄tm: testis iustus in quez pctōr delinqt. Si agat de iusticia particulari: dicendū q̄ est de⁹ ipse. Si agat de iusticia generali: sicut mō dictuz est in vltima lectione: q̄ in iudicio generali peccata tenebūt locū accusatoris: sicut dictum fuit heri q̄ traducent illos ex aduerso iniquitates eoꝝ: ergo nūc nō restat describendū illud iudiciū nisi q̄z tum ad tres p̄sonas videlicz testes: reos: iudices. Et hoc facit spūssctūs in capitulo isto toto. Unde sic pōt capitulū istud introduci: declarato quō se habebit accusator: hic declaratur quomodo se habebit testis: iudex: ⁊ reus. Et ꝑm hoc capitulum istud totū diuidit in tres partes. Nam p̄mo declarat q̄ testis nō terrebitur ab aduersitate. Secundo q̄ reus confitebitur sine falsitate. Tertio q̄ iudex non mouebit a summa equitate. Scōa pars ibi. Uidentes turbabuntur. Tertia ibi. Justi in p̄petuū viuent. Est igitur intentio hui⁹ capituli q̄z tum ad reprobos declarare tria videlicet q̄ accusabuntur cū feruore laudabili: turbabuntur timore miserabili: ⁊ confitebuntur cū pudore inestimabili. Primū ostendit in hodierna lectione. Secundum ibi: turbabūtur videntes. Et tertiū ibi: dicētes intra se penitentiā agentes: sicut infra patebit Quātum ergo ad primū videlicet testes nō terrebuntur aduersitate sed accusabūt malos feruore laudabili: dic sic. Tūc stabūt iusti i magna cōstātia ⁊c. In q̄ p̄cessu q̄ntū circūstantie iudicialis testimonij iustis assignant. videlz ꝑs cōparendi: gest⁹ p̄ponendi: modus p̄sequēdi: forma resistendi: ⁊ cā contradicendi. Tempus cōparendi exprimit cuz dicitur. Tunc. Gestus p̄ponendi. Stabunt. Modus p̄sequendi: in magna constantia: forma resistendi. Aduersus eos qui se angustiauerūt. Et cā contradicendi. Et qui abstulerunt labores eoruz dicit ergo. Tunc videlicet in die iudicij non modo durante patientia huius vite: sed tunc: quia Luce. xxj. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potentia magna ⁊ maiestate: et in p̄s Tūc loquetur ad eos in ira sua ⁊ in furore suo cōturbabit eos. Et ideo tunc stabunt: quia p̄us iacuerūt cōpediti ligati oppressi ⁊ prostrati. j. Mach. cap. iij. State nunc contra inimicos ⁊ expugnate eos. Vult enim scriptura q̄ iusti stare debent ad quattuor actus: scz ad videndū: ad docendum: ad testificandū: ⁊ ad pugnandū. Primo ad videndū nā ille q̄ stat ad remoti⁹ pōt videre q̄z q̄ sedet. Hiere. vj. State sup vias ⁊ videte ⁊ interrogate de semitis antiqs q̄ sit via bona ⁊ ābulate in ea. Secūdo ad docendū preco p̄clamaturus edictum regis ascendit in altum vt emin⁹ audiat. Preco qui cūq; est quasi p̄dicator p̄clamatur⁹ edicta reg̃. i. p̄cepta xp̄i. Act. v. Stātes loq̄mini in tēplo omia vba vite hui⁹. et Neemie. viij. Steterit esdras sup graduz ligneū quē fecerat sibi ad loquendū. Tertio stare iubetur iustus ad testificandū Matth. x. Stabitis ante reges ⁊ p̄sides p̄pter me. Quarto ad pugnādū. ad Eph. vj. Accipite armaturaz dei vt possitis resistere in die malo ⁊ in omnib⁹ perfecte stare. Stabunt g̃ iusti in magna constantia q̄ in vita ista abiecti fuerūt i magna miseria. j. Macha. ij. Mathathias ⁊ filij eius cōstanter steterūt vñ ꝯsonat quoddā rn̄sorū. O cōstantia martyrū. ⁊c. quod rn̄sorū fecit q̄dam rex francie noie Robertus qui floruit circa annos dn̄i. M cc xcvj. hac occasione: cum eēt vir litterature ⁊ subtilitate celebris et mor⁹ ciuilitate vrbanus: carmina multa in latino sermōe ad honorem dei composuit videlicet prosam Sācti spūs assit nobis gratia. Et responsoriū de natiuitate dn̄i videlz Judea ⁊ hierl̃z ⁊ rn̄sorum de bto petro. Cornelius cēturio. Et ō oibus sanctis. Concede nobis. Cuius vxor vocabatur Constantia: que molestē tulit q̄ de ea nihil composuerat q̄ posset ad eius laudem decantari Ille ergo ad placādam eius impatientiā cōposuit

Robt⁹ q̄da rex frācoꝝ alīq̄ resp̄o fn ecclia edidit et ꝑlaz Sancti Spūs esse q̄.

ꝓdictū reſpōſoriū de martyrib⁹. O cōſtātia martyrū: qō illa de ſe eſtimans decantatū placata eſt. Strabūt ergo iuſti i magna cōſtātia aduerſus eos q̄ ſe anguſtiauerūt iniurijs aut flagellis: ad Heb. xj. Circūierūt in melotis in pellib⁹ capri. egen. an. ac. q̄b⁹ dign⁹ nō erat mūdus. Et ſubditur cauſa. Qui abſtulerūt labores eoꝝ. i. auferre voluerūt/ cogendo eos delinquere legez chriſti. Dubitatio circa materiā huiꝰ lectiōis eritiſta: Utrū in iudicio generali erit aliqua diſceptio vocalis: qō nō q⁹ ſm Aug⁹. de ciui. dei. li. xix. c. xxvj. Deꝰ cōſcientias reprobor̄ cōuincet ſine vlla ſermonis ꝓlixitate. Sed ſi fieret accuſatio ſingulorū fieret magna ſermonis ꝓlixitas: ergo nulla erit ibi vocalis diſceptatio neq⁹ iudicⁱ neq⁹ teſtiū neq⁹ reoꝝ. Preterea Aug⁹ eodē li. ca. xv. loquēs de libro vite: ex cuius ſcḗptura oēs hoies iudicabūt ſic dr Apoc. xx. dicit q⁹ b̄ nō dr intelligi corpaliter: q⁹ hēnt mḡnitudinē ineffabilē z vir in longiſſimo tpe poſſet legi. ſz nō minus tp̄s req̄rit ad narrādū oreten⁹ q̄z ad legendū in libro ſi eſſz ibi ſcḗptura: ḡ ſicut liber vite debet intelligi ſpūaliter ꝓ quadā ỽtute diuīa per quā fiet vt vnicuiq⁹ opa ſua tā bona q̄z mala i memoriā reuocent: atq⁹ ſimul oēs z ſingl̄i iudicent: ita debet iudiciū: z q̄tū ad ſentētiā z q̄tū ad diſcepationē intelligi mentaliter. Preterea ad Ro. ij. Teſtimoniū reddēte illis ꝯſcia coꝝ z iter ſe inuicē cogitationū accuſantiū ſeu etiā defendentiū in die q̄n iudicabit deꝰ occulta hoim: ḡ accuſatiōes non erūt ibi niſi mentales: z eadem rōne diſceptatio z ſentētia iudicⁱ. Ad oppoſitū eſt Grego⁹. xvj. moral'. c. xxj. vbi loquēs de reprobis dicit: Illi verba iudicⁱ audient q̄ ei⁹ fidē ſaltez ỽboren⁹ tenuerūt. Sz hoc de ỽbo iteriori intelligi nō pōt: ḡ de ỽbo vocali. Preterea ſentētia debet ꝯgruere ſtatui illoꝝ ꝯtra q̄s ferenda eſt: ḡ ſicut in iudicio particulari ꝯtra aīas exutas ferr̄ ſentētia ſpūalis. Ita tūc cū ferr̄ in hoies corpaliter aſſiſtentes debet eſſe corpalis. Preterea Aug⁹. x. de ciui. dei. c. ꝑmo dic̄/ q̄ ꝑ q̄t dies b̄ iudiciū tendaꝝ/ incertū eſt/ ſi fieret mētaliter ſtatim expediret: ḡ erit vocalis. Ad iſtā q̄ſtionē rñdet ſctus Tho. ſup. iij. ſenten. di. xlvij. q. j. ar. ij. d. q̄ q̄d in iſta q̄ſtione ſit verū ꝑ certo diffinitiue nō pōt: ꝓbabili⁹ tn̄ eſtimaꝝ q̄ totū illud iudiciū z q̄ ad diſcuſſionē: z q̄ ad accuſationē malor̄/ z cōmēdationē bonor̄: z q̄ ad ſententiā de vtriſq⁹ mētalr̄ ꝑficiet: q⁹ ſi ſingulor̄ facta narrarent̄ ineſtimabilis tp̄is lōgitudo exigeret. Unꝝ ſm eū ꝓbabile eſt q̄ ꝓceſſus recitat⁹. Matth. xxv. Eſurijui et cetera mentalr̄ tn̄ ꝑficiet: ſalua reuerētia doctoris ſcti. Alij dicūt ꝓbabili⁹ et ꝯcordāti⁹ cū textu ſacre ſcḗpture/ vicz q̄ ibi erit diſceptatio tā vocalis q̄z mētalis: q⁹ xp̄s q̄ iudicabit eſt deꝰ z hō: z iudicabit mō diuīo z mō hūano: z ex b̄ erit maiꝰ gaudiū ſenſibile btor̄: z maior doloꝝ ſenſibilis malorū. Magꝭ aūt ꝯgruet corpali apparitōi iudicis z iudicādor̄ z etiā vocali coꝝ citatiōi p̄cedēti iudiciū ꝓ tubā. De q̄ lectiōe p̄cedēti dictū fuit. Unꝝ dicēdū videt q̄ vocalis erit accuſatio malor̄ a xp̄o dicente realr̄ cōſil'ez ꝓceſſū: ſic ipe poſuit Matth. xxv. Et cōmēdatio z ſententia diffinitiua ꝯſeq̄nr̄ erit.

Sil'r accuſatio mētalis ſicut dr in lectiōe p̄cedēti: q⁹ traducēt eos et aduerſo iniq̄tates eoꝝ. An homies teſtificabunt̄ ꝯtra malos vocalr̄/ ē mihi dubiū. Dicūt q̄dā q⁹ ſic. Angeli ỽo q̄ fuerūt cuſtodes reprobor̄ ſpecialr̄ teſtificabunt̄ ꝯtra eos ſicut tenēt ſcti. Et b̄idē dicit Apuleiꝰ li. ſuo de deo ſocratis. Notādū eſt aūt q⁹ fiet diſcuſſio de duob⁹: videlicet de p̄ceptis iuſticie: z de opib⁹ miſericordie. Reprobi aūt dānabūt̄ ꝓpt̄ duo: vicz q⁹ peccauerūt trāſgrediēdo p̄cepta iuſticie: z q⁹ pctā ſua nō redemerūt ꝑ opa miſericordie. Pria erit ō meritⁱ/ z erit mentalis. Scḋa de opib⁹ miſericordie vt appareat eos nō eē dignos miſericordia: z erit reuera vocalis: ſic ſonat tert⁹ euāgelij. Ad oppoſitū huius vie dicēdū/ q⁹ Aug⁹ nō negat ꝓmonē/ ſz ꝓmōis ꝓlixitatē. Ad ſcḋm vult Aug⁹ dicere q⁹ nō fiet diſcuſſio in ꝑticulari z ſingillatim de culpis vocalr̄/ ſz mentalr̄: ſil' tn̄ z in vniuerſali iudicabunt̄ vocalr̄ ſic dictū eſt. Ad tertiū q⁹ accuſatiōes fiēt vtroq⁹ mō/ z ꝑ cogitatiōes vnuſq̄ſq⁹ ad ſemetipm mentalr̄: z ꝑ replicationē iudicⁱ generalr̄ de opib⁹ miſericordie neglectⁱ. Ad motiuū doctorⁱ tenentⁱ viā oppoſitā de ꝓlixitate tp̄is ptz/ q⁹ nō req̄rit magnū tp̄s ad replicādū ꝯtra oēs in generali: z ad ꝓferēdū ſentētiā mō p̄dicto. Sz diſcuſſio tā meritorū q̄z pctor̄ ꝯ ꝑticulari erit mentalis vt dictū eſt. De die ỽo iudicij generalr̄ b̄ credim⁹ z tenem⁹ q⁹ nō erit añq̄z antixp̄s venerit: ſicut dicit Apl's. ij. Theſſal'. ij. Cui⁹ aduēt⁹ nob⁹ oīno incert⁹ eſt. Nā circa ei⁹ aduentū calculatores z pſeudo aſtronomi ſeducti ſūt: hoc tn̄ ſciendū ſic dicit q̄dam expoſitor ſup ca. xj. Apoc. Antixp̄s regnabit: ſic ibidez dr. xlij. menſib⁹. i. trib⁹ āns cū dimidio: z tūc venient enoch z helias: z p̄dicabūt dieb⁹ Mcclx. b̄ eſt toto tpe q̄ regnabit antixp̄s amicti ſaccis vt ꝓuocent hoies ad penitētiā/ q̄s tādē occidet antixp̄s z inſepulti iacebūt ꝑ tres dies z dimidiū ꝓpt̄ antixp̄i timorē. Et poſtea reſurgēt z aſcēdent in celū: z poſtea occidet antixp̄s a xp̄o vel a michaele ſic dicit glo. ij. Theſſal'. ij. Poſt mortez aūt antixp̄i dabunt̄ ad penitentiā. xlv. dies ꝑ illis q̄ in ꝑſecutōe antixp̄i titubauerūt. Tūc ḡ miniſtri z ſeq̄ces antixp̄i licet ipe ſit mortu⁹/ pacē z ſecuritatē habentes vbiq⁹ ducēt vxores z celebrabūt ꝯuiuia. Et cū dixerint/ pax z ſecuritas: tūc repētin⁹ eis ſupueniet interit⁹: ita grauis z ſbit⁹: ſic eſt dolor mulieris ꝑturiētis: z nō effugiēt ſic dicit Apl's. ij. Theſſa. ij. Ubi in glo. fere oīa p̄dicta ponunt̄. Sic etiā dicit Haymo: z habeꝝ etiā in glo. ij. Theſſal'. ij. Naſceꝝ de tribu dan. Occideꝝ aūt in mōte oliueti in papilione z in ſolio ſuo. In loco illo circa quē dñs aſcēdit. Qñ aūt dñs poſt illos. xlv. dies venturus ſit penitus ignorat̄. Hec Haymo.

Lectio. LVIII.

Identes turbabuntur timore horribili/ z mirabūt̄ in ſubitatōe inſperate ſalutis gementes ꝑ anguſtia ſpūs dicētes intra ſe penitentiā agētes: z ꝑ anguſtia ſpūs gemētes. declaratuꝝ eſt ſupius q⁹ tria genera ꝑſonar̄ neceſſario cōparebūt in iudicio ge-

nerali. Judex iust⁹ z reus vel testis. Just⁹ nō terrebitur aliq̄ aduersitate. Reus cōfitebit z sine falsitate. Judex non mouebitur a legis equitate. De istis trib⁹ q̄stū ad p̄mū declaratū est in p̄cedēti lectione vbi ostensum est quō iusti se habebūt semetipos fortiter p̄ iusticia opponēdo. Cōtinuat ḡ lectio ista sic. Postq̄ spūsctūs declarauit q̄liter iusti in iudicio testificabunt veritatē laudabil'r. Hic oñdit quō reprobi in iudicio p̄fitebunt veritatē cōfusibil'r. Et circa hoc duo facit. Nam primo ponit p̄fessionis cām necessariā. Scōo subdit eiusdē cōfessionis multiplicē materiā. Scōa ps ibi. Hi sūt quos aliq̄n. Circa primū dicit spūsctūs q̄ illā tardā z inutilē eis saltē confessionē quā facient reprobi in iudicio tria p̄cedent: qz turbabunt mirabunt z tristabūt. Et ex istis trib⁹ causis coacti veritatē de seipsis necessario fatebunt. Quantū ad primū dicit q̄ videntes turbabunt timore horribili. Grego. xxv. moral'. ca. ij. Oculos q̄s culpa claudit pena aperit. Sed certe in p̄senti culpa claudit oculos malor̄ ne videāt veritatē: sed statim i morte pena apit oculos: ḡ isti homines videntes se de gloria mūdi trāsferēdos statim ad penā īferni merito debēt turbari z terreri: nec mirū: qz horrendū est incidere in manus dei viuētis. Ad Heb. x. ḡ tantū est q̄ nullā oportunitatē euadēdi videntes confitebūtur illud qō postea subiūget. Scōo mirabunt sicut in lra dicit: z hoc i subitatiōe inspate salutis. Qñ hō vehemēter sperat vnū negociū z psequēs negociū suū deficit mirat de subita mutatione negocij. Nō sic est q̄ iniusti nullā spem habēt de cōualescētia iustor̄ postq̄ fuerunt ab eis suppōsti. z iō merito āmirari dicunt in subitatiōe inspērate salutis: qz de iniustis dicit supra Sap. ij. Nec speraverūt mercedē iusticie. Ista autē salus licet fuisset inspērata a malis tñ fuit sperata q̄tidie a bonis. in
B ps. In te dñe speraui nō confundar in eternū: qz salus iustor̄ a dño z protector eor̄ in tpe tribulatōis

Tertio reprobi ante eor̄ cōsciētie confusionē inutilē tristabūt: z q̄ntū ad hoc dicit. Et p̄ angustia spūs gemētes: z merito qz hic noluerūt angustiari sed delectari. Et impossibile est sicut dicit sctūs Grego. q̄ q̄s a delitijs ad delitias transeat: iō ibi cruciabunt qz hic delicate z deordinate vixerunt Et dicēt infra se penitentiā sez inutilē agentes. ad Heb. xij. Non inuenit penitētie locū q̄q̄ cū lachrymis inq̄siuisset eā. Et ite⁹ addit. Pre angustia spiritus gemētes p̄ter duplicē materiā gemit⁹. Gemēt em̄ z p̄ pena quā sustinebūt z p̄ gl'ia qua in perpetuū carebūt: qz igit̄ in ista lectione est mētio de penitētia z attritiōe quā mali homines sustinent post mortē. Occasione hui⁹ querit̄ de contritiōe penitētiū virtuosa in p̃nti. Et sit hec dubitatio. Utrū doloz penitētis possit esse nimius: videl̄ q̄ nō: qz doloz de pctō p̄cedit ex dei amore: qz ois doloz fundat̄ in amore. Si em̄ hō nō amaret deū: nō doleret si eū offenderet: sed amor dei nō pōt esse nimi⁹: ḡ nec doloz de pctō. Preterea Anselm⁹ in q̄dā oratione. Utinā sic ipinguent̄ viscera aīe mee vt medulle corpis mei ericcent̄: ḡ talis doloz de pctis q̄ mortē crucis inducit est laudabilis: ḡ licet sit tantus nō tñ est nimius. Preterea de pe. dist. ij. cito post p̄ncipiū ca. Si apl's dicit̄ de penitēte. Semp doleat z nō sit q̄ satz doleat. Preterea ad contritionē req̄rit̄ doloz maxim⁹: ḡ null⁹ pōt esse nimius. Assūptū p̄z: qz q̄ntus est amor p̄uictiōis ad deū: tāt⁹ debet esse doloz de sepatiōe: sz amor p̄uictionis debet esse maxim⁹: qz maior debet eē q̄ amor p̄uictiōis aie ad corp⁹: ergo doloz debet esse maximus: ḡ doloz de pctis nō pōt esse nimi⁹. Ad oppositū ad Ro. xij. Exhibeat̄ corpa vīa hostiā viuētez / deo placētē: rōnabile sit obsequiū vestrū. Sz doloz contritiōis pōt esse tāt⁹ q̄ interficeret penitētē: ḡ foret irrōnabilis. Preterea vīrtus moralis p̄sistit in medio z corrūpit̄ tā p̄ superabūdantiā q̄ p̄ defectū. Sz contritio est vīrtus moralis / cū sit ps iusticie: ḡ cōsistit in medio. Ad questionē dicendū / q̄ in penitente est cōsiderare triplicē doloz̄. Un⁹ est essentialis penitētie: z est in volūtate ipa: videlicz displicentia de pctō p̄ quāto peccatū est offensa dī. Et ista displicētia volūtat̄ est essentialit̄ cōtritio. Et qz doloz directe causat̄ de charitate in deuz: q̄ fm legē datā intendi nimis nō pōt. Iste doloz nō pōt esse nimi⁹. Alī⁹ est doloz nō essentialis penitentie: z est in sensualitate. Et est passio appetitus sensitiui: z iste doloz causat̄ vno mō ex redūdātia dolozis: vel displicētie in volūtate p̄ modū q̄rtes inferiozes obtēperāt in suis actib⁹ seu viribus suptoribus fm q̄ dicit Aristo. iij. de aīa. q̄ appetit⁹ intellectiu⁹ rapit aliq̄n appetitū sensitiuuz: sicut spera sperā. Tertio pōt accipi doloz in penitente p̄ afflictiōe corpali. Et istis duob⁹ modis possibile est q̄ doloz penitētis sit nimi⁹ fm doctozes multos: qz nō licet alicui inferre sibīpi ex intētiōe causaz mortis. Sz de secūdo dolore pōt esse dubiū: ex quo ille doloz causat̄ directe z naturalit̄ ex displicentia volūtatis / cū displicētia ipa non possit esse nimia: nō apparebit quō aliquis doloz possit esse nimi⁹. Sz de isto tertio dolore q̄ causat̄ ex afflictiōe corpozali p̄stat q̄ possit esse nimi⁹. Ideo videt̄ dicēdū q̄ si penitēs ex vehementissimo amore ad deū: tm doleret de pctō suo q̄ causaret̄ doloz in appetitu sensitiuo tāte intētiōis q̄ corrūperet armoniā corpozis necessariā ad vitā: aut si induceret mortem / nō esset iste doloz excessiu⁹ in genere mort̄z / nec superflu⁹: sz virtuosus z opus p̄fecte penitentie: b tamen supposito q̄ volūtas sic penitētis nō ferret illā passionē causandā p̄ter mortē cōsequendā: sed tm̄ p̄ter displicentiā de pctō in q̄tū deū offendit. Et sic legim⁹ multos cōmēdatos de p̄fectiōe contritiōis. Ad p̄mū p̄cedēda est p̄sequētia vel p̄clusio de doloze q̄ est displicētia volūtatis: vel de doloze ab ea naturaliter: vel causato a dilectione vel electiōe. Ad secūdū de dicto Anselmi excessiu⁹ z metaphoric⁹ modus loq̄ndi est: nec appetijt q̄ hūores sui corpis exiccauerūt ad lr̄am: sz motiones carnales in eo extinguerent̄. Vel concedi pōt q̄ appetijt doloz̄ secūdo mō dictū: quē posuit opus p̄fecte contritiōis. Ad tertiū loquit̄ de displicētia volūtatis. Ad quartum dicendum q̄ doloz primo modo accept⁹ debet esse maxim⁹ in genere. qz quantum aliq̄d placet: tantū cōtrariū displicet. Deus

az. questioz. hec
n termynis posita
aditoib⁹ z. pazij
ti thve. q. z. ar. z

de dño qui mittit duos famulos in negotijs suis ordinans ꝙ vterqꝫ obuiet alteri certo loco ⁊ tẽpore: quoꝝ neuter scit de alio. Iste ꝯcursus famulorum ꝺr a casu respectu vtriusqꝫ famuli ertñ est per se intentus respectu dñi. Et sic est dicendũ ꝙ nihil fit in vniuerso a casu respectu diuine gubernationis: nec aliquid sibi inopinatũ euenire potest. Sꝫ ex ꝯcursu causarũ particulariũ bene ꝓcedit effectꝰ qui a neutra est intẽtus: ⁊ ille effectus ꝺr casualis vel fortuitus respectu earũ. Et hec est intentio bri Augustꝰ. de. lxxxiij. questionibus. q. xxiij. vbi dicit Quicqd a cãu fit temere fit: ⁊ qꝺ temere fit nõ fit a ꝓuidentia. Si aliqua fiũt in mundo a casu nõ ꝓuidentia qua vniuersus mũdus administratꝰ: tunc erit aliqua natura ⁊ aliqua substantia q̃ ad opus ꝓuidentie nõ pertineat: qꝺ quia falsum est: concludit ꝙ nihil aliud casu fit in mũdo. Et ad istum intẽtum dicit Plato. ij. in Thymeo. Nihil fit cuiꝰ ꝺr ortum legitima cã nõ ꝓcedat. Isti sententie ꝯcordat Boetius. v. de cõso. prosa. j. vbi diffinit casum dicens ꝙ casus est inopinatus ex ꝯfluẽtibus causis in his que ob aliquid gerũtur euentus. Sed hic videtur esse ꝯtrarietas inter Augu. ⁊ Boetiũ quia fm Augustꝰ nihil in mũdo fit a casu fm autẽ boetiũ multa fiũt a casu. Dicendũ ꝙ nõ est ꝯtradictio: sed eq̃uocatio. Antiqui em̃ Epicurei dixerũt casum esse euentum ꝓductum motu temerario: et nulla cõmixtione causarũ: ⁊ sic accipit btũs Aug. casum loco ꝓallegato: et Boetius sic accipiendo casum dicit sic. Casus nõ est nisi vor inanis nullã rem habens sue significationi subiectã. Accipiendo aũt casuꝫ sicut dicit Aristo. ij. ꝓhico ꝓ. qꝫ casus est causa per accidens in his que fiunt ꝓpter finem ⁊ in minori parte. Uel fm boetij diffinitionẽ sic est dicenduꝫ: quia idem fit a casu: ⁊ tamen a causis ꝙ se: sicut per se causa inuentionis thesauri: est fossio agri ⁊ repositio thesauri in eodem. Sed qꝫ istum effectum nõ intendebat fodiens ꝺr respectu illius a casu. Quãtum ad secũduꝫ dubium: an videꝫ deus disponat oĩa suauiter ⁊ misericorditer: videtur ꝙ nõ per instantias: qꝫ videlicet paruulos nõ baptisatos punit eternaliter ꝓ originali pctõ. vnꝺ videꝝ ꝙ in istos nullã exerceat misericordiã. Item Jac. ij. Judiciũ sine misericordia fiet illi q̃ non fecerit misericordiã: ergo tales nõ disponit misericorditer. Ad oppositũ est littera ⁊ dicendũ est ꝙ sic. Sicut em̃ ꝺr. v. ethico ꝓ. Minus malũ aliquãdo vocatur magis bonũ: qꝫ ergo deus tribuit bonis vltra merita: ⁊ malis citra: ꝺr oĩa misericordit̃ disponere. Misericordia em̃ dicit voluntatẽ benefaciendi alicui indigenti: deo vero oĩs creatura indiget: sine quo nec eẽ potest. Et ideo cum oĩa de sua gratuita voluntate ꝯseruet: oĩbus misericordiaꝫ impendit. Et quia deꝰ ex sua bonitate nobis ipendit bona: ⁊ nõ punit nos nisi ꝓ nostra culpa: ideo ꝺr ꝓprie sibi competere misereri ⁊ quasi impꝛopꝛie punire. Ad primũ de paruulis dicendũ ꝙ deus pro pctõ originali nõ solum posset inflexisse carentiam visionis diuine sed posset oĩs ãnihilare si vellet. Et ideo in hoc agit misericorditer cum esse eis qꝺ humanũ habebunt et viuent sine pena sensus.

Treñ. iij. Misericordie dñi quia non sumus consumpti. Ad secũdum dicendũ ꝙ licet imisericordes non ꝯsequãtur misericordiaꝫ eos totaliter a pena liberantem: cõsequũtur tamen misericordiã aliquid de pena debita relaxantẽ: quia citra cõdignũ punientur: sicut alij oĩs qui ꝓ suis demeritis dãnabuntur. In secũda parte lectionis aggredit salomon enarrare q̃ztam habuit ad sapiam acquirendam affectionẽ ⁊ desideriũ: ⁊ ideo dicit sic. Hãc amaui ⁊c. Ibi de se fatet̃ sapiam desiderasse fm q̃nqꝫ cõditiones virtuosas. Ipsam nãqꝫ desideravit frequẽter ⁊ studiose. Et q̃ztũ ad hoc dicit. Hãc amauiverꝰ: videlicet ex corde affectualiter ⁊ laboriose. Et q̃ztum ad hoc dicit. Et exquisiui. Inquirere est intus querere scz in sua voluntate ⁊ in mẽte. Et exq̃rere est extra querere in studio ⁊ opera: ⁊ ꝓseueranter ⁊ animose. Et q̃ztum ad hoc dicit a iuuentute mea: nõ a senectute: qꝫ de eo ꝺr. iij. Regum. xj. Cũ iam esset senex depꝛauatũ est cor eiꝰ ꝙ mulieres. ⁊ Eccl̃i. xxv. Que in iuuentute tua non cõgregasti: quõ iuenies ea ĩ senectute tua? Est autem notabile exemplũ ad cuiuslibet hois ꝓsumptionẽ rescindendam: ne aliquis ꝓtextu mundicie siue iuuentutis superbiat: cuꝫ tam sanctũ tantũ a deo ꝓuilegiatum: tanta sapia dotatũ recogitat ꝙ mulieres fuisse in senio depꝛauatũ. Quarto cõsiderauit sapiam vtiliter ⁊ fructuose. Et q̃ztuꝫ ad hoc dicit. Quesiui mihi sponsam eam assumere. Sponsa em̃ naturaliter appetitur ꝓpter prolem: ꝙles vero sapientie est opus meritoriũ. Et ideo qui cũ q̃z sapientiam desiderat ad delectationẽ vl̃ ostẽtationem seu intrinsecam elationẽ: hic sibi sapiẽtiã nõ desiderat fore sponsam: sed potius meretricẽ. Sed ille eam in sponsam copulat qui per eã opera meritoria generat. ⁊ ideo ꝺr Jac̃. ij. ꝙ fides sine operibꝫ mortua est. vnde Augu. sermone. xxij. Fides appellata est ab eo qꝺ fit. Due syllabe sonãt cũ ꝺr fides. Prima syllaba est a facio. Scõa a dico. Interrogo ergo vtrum credas: ⁊ dicis: credo. Fac qꝺ dicis ⁊ fides est. Quito desideravit eam prudenter ⁊ ingeniose: ⁊ q̃ztum ad hoc dicit. Et amator factus sum forme illius. In sacra nãqꝫ scriptura que est sapientie cõtentiua est sensus litteralis quasi materia: sensus vero spũalis quasi forma. Unde rudi populo iudeoꝝ ꝺr Deutero. iiij. Vocẽ verboꝝ eiꝰ audistis: ⁊ formam penitus nõ vidistis. Ista ergo ita amanda est: vt habeamꝰ formã scientie ⁊ veritat̃ in lege. ad Roma. ij. ⁊ ad Rom̃. vj. Gratia autem deo ꝙ obedistis ex corde in caꝫ formã doctrine in quã traditi estis. Glo. doctrina euangelij forma est q̃ imaginẽ dei deformatã restituit in quã traditi estis: non per homines: sed per gratiam iesu christi.

Lectio. CV.

Enerositatem illius

g glorificat ꝺr tubernũ habens dei: sed ⁊ omniũ dñs dilexit eam. Postq̃z salomon declarauit q̃ztum habuit ad sapiam acquirẽdam desiderij ⁊ affectionem. Hic exponit diffuse tanti desiderij sui rõnem. Et quia vsus est figura-

tiua fictione de amicitia que est inter amicū z amicam. Et verecundū est homi nobili aliquā tantaz affectionē amplecti vt eā sibi velit ꝑpetuo cōiugio copulari: nisi ipsa inueniat multiplicat glōsa. Jō i hac ꝑte ad modū ardentis amoris vl'ꝑci suā amasiam singulariť recōmendat ostendēs q tanta ē in ea abundantia gratiarū q ꝑ cunctis amoris apicem mereat. Proci sicut dicit. Jsiō. x. ethimo. dicuntur nuptia q petitores vel ꝑcuratores. Et dicunt a ꝑcando: qr tales solent frequenť tam ꝟbis q̄z muneribus ꝑcari illas quas amant: z inde proco aris ꝺr proci officiuz exercere. Et quia turpe ē et cōfusibile sicut dictum est alicui nobili ad psonam ignobilem exercere ꝑcationis officiū: ideo restat Salomoni ꝑelectissime spōse sue declarare ꝑconium vt amor suꝰ ꝓbetur: nō ex leuitate vel surreptione: sz ex discreta electiōe suboꝛtꝰ. Extollendo ḡ charissimā a copia grārū. vij. ei ꝓrogatiuas attribuit excitatiuas amoris. vicz gn̄ositatem ꝓpagationis: celebritatem bone opinionis: curialitatem bone educatiōis: opulentiā in diuitijs: experientiā in artificijs: sincerū moderamē i moralib: z verum examen in scientialib. Et ꝼm istas septez ꝓrogatiuas lr̄a diuidit in septē partes. scōa pars ibi. Sed z oim dn̄s. Tertia ibi. Doctrix est enim. Quarta ibi. Et si diuitie apperant. Quita ibi. Si autē sensus oꝑatur. Sexta ibi. Et si iusticiā q̄s diligit. Septima ibi. Et si m'titudinē scie desideret quis. Et planū est q que haberet istas ꝯditiones septem amore maximo digna foret. Prima ḡ ꝓrogatiua q̄ in istius sponse ꝑconio ponit est generositas ꝓpagationis. Uitant em̄ nobiles ne cū vili vel cum degeneri sanguine copulētur: z quantuz ad ꝟ dicit sic. Generositatē illiꝰ glorificat ꝯtubernium habēs dei. q. d. Si de generis claritate mentio fiat nō solum ipsa ē generosa: imo generositas sua ē famosa. Multi em̄ sūt nobiles sz de nobilitate ipsorū apud multos nō est fama. Sapie ꝟo generositas tāte extitit noticie atq̄z fame: vt ab oīb nobilibus testimoniuz habeat claritatis: qr oīs psona ꝯtubernū habēs dei glorificat generositatē illiꝰ: ꝯtubernū idē est qđ societas manēs simul ad tps Et ꝺr ꝯtubernū quasi ꝯtaberniuz tc̄. a taberna: quia illi q̄ in taberna ꝯueniūt ad tps cōmanent in vna societate: vñ hec cōtubernio onis. z hic z hec cōtubernal' ꝺr socius cōmilito q̄ in eodē ꝯtubernio manet cū alio. Uult ḡ dicere q quicunq̄z est ille q ꝯtubernū. i. societatē habet cū deo: glificat. i. clarificat z clarā ꝑdicat gn̄ositatē sapie. Dr̄ em̄ gloria quasi claria qr lucet vel claret. Licet enī oēs nos possimus z debeamꝰ cōtubernū habere cuz deo j. Lozinth. j. Fidelis deꝰ ꝑ quē vocati estis i societatē filij eius dn̄i nr̄i ihesu xp̄i: singulare tñ ꝯtubernium habuit cū deo natura humana: in xp̄o ꝑ hypostati cā vnionē. j. Reg. xiiij. Uiri isr̄l' sociati sunt sibi in die illo. i. in die annūciatiōis dn̄ice. viri isr̄l' i. duo intellectꝰ rōales videntes deū ꝯiuncti sūt. summus qr diuinꝰ z infimꝰ qr humanꝰ sociati sūt in die illo. i. in die ānūciatiōis dn̄ice qn̄ filiꝰ dei cōceptus fuit in virgine benedicta. Et erq̄ xp̄s societatem nostraz desiderat: vituꝑandi sumꝰ nisi nos eius societate aptos z idoneos faciamꝰ z ei ꝯformes iuxta nature nostre possibilitatē fiamꝰ. j. Johan. j. Si dixerimꝰ quia societatē habemus cum deo z in tenebris ambulamus mētimur z nō facimus veritatē. Si aūt in luce ambulamꝰ sicut z ipse est in luce societatē habemꝰ ad inuicem. Sapiētia ḡ gl'iosam habet gn̄ositatē: qr oīs sapia a domino deo ē. Eccī. j. Bn̄ositas ꝟo terrena parui pēq̄ ē sicut em̄ allegat Sen̄. epl'a. vij. Plato dicit: Neminē regū nō ex seruis esse oriū dū: neminē seruū nō ex regibus. Omnia ista lōga varietas miscuit z sursum deorsū fortuna versauit. Quis ē iquit Sen̄. gn̄osus? z rn̄det a natura ad virtutē bene dispositus: hoc vnū intuēdū est: alioq̄n si ad vetera reuocas. nemo. i. a ꝓmo mundi ortu vsq̄z ad ꝟ tempus ꝑdurit nos ex splendidis sordidisq̄z alternata series. hec ille. Quid aūt bonitaſ sit in gn̄ositate vel nobilitate carnali. rōabiliť declarat Boe. iij. de cōso. ꝑ. vj. Nobilitas nihil aliud esse videť q̄z quedā de meritis puenies laus parentū. Qđ si q̄d bonū est in nobilitate id arbitror esse solum vt imposita nobilib necessitudo videať ne a maiorū ꝟtute degenereť. hec Boe. Habere em̄ nomē bonoris sine opib virtuosis parū vel nihil valet. vñ Ual'. marcial' epigramatō. xiij. scribit ad quendā q̄ vocabať maxim q̄ denoīe bonoris gl'iabať. d. nomē bonoris hēre paꝛ ē n̄ pōd honoꝛ momētū honoꝛ momētū nullū z nomē paꝛ ē hēre nomē z amittꝛ si tātū est nomen bonoris. Momentū nullū si q̄ poscit bonos maxime nulla facis. Scōo i lctōe ista extollendo sapientiā ostendit eā Salo. habere celebritatē bone opionis: z quantuz ad ꝟ dicit sic. Sz et oim dn̄s dilexit eā. Si ei dn̄s vniꝰ regiōis vnā ꝑ ceteris adamare digneť: multū faciet ad celebritatē bone opionis de ea ꝑmulgādo: ḡ a mlto fortiori ex quo omiū dn̄s q̄ est deꝰ istā puellā diligit: cōstat eā habere celebritatē bone fame: imo dictū ē ca. vij. Neminē em̄ diligit deꝰ nisi qui cū sapientia inhabitat: z ꝑter qđ vnūqđq̄z z illud magis. j. poste. ḡ plus diligit sapientiā: qr in lr̄a ista iā exposita de ingenuitate siue nobilitate tractať potest esse dubitatio lr̄alis. Utrū ꝑles seq̄ dēat ꝯditiones pr̄is in libertate z seruitute. Et arguiť ꝓmo q sic. Denominatio ꝺr fieri a digniori: ḡ ꝑles magis debet denomiari a ꝯditiōe pr̄is q̄z mr̄is. ꝯsequntia pz quia pr̄ est ꝓncipiū nobiliꝰ in gn̄atiōe z dat formā mater administrat materiā. xvj. de aīalib. ḡz c̄. Preterea. xv. q. vl. Cū multe ꝺr q si ex detestando cōnubio alicuiꝰ ꝯstituti in sacris cū ingenua fuerint filij ꝑcreati illiꝰ eccl'ie de cuiꝰ sacerdotꝛ vel mistri ignominia nati sūt erūt serui iure ꝓhenni: ḡ partꝰ nō sequiť ꝯditionē mr̄is. Preterea in sacra scꝑtura nō teriť genealogia ꝑ mulieres: sz ꝑ viros: sed ꝑ genealogiā maxime declarať nobilitas humana: ergo nobilitas hois magis attēdi ꝺz ꝼm pr̄ez. Ad oppositū extra ꝺ natꝛ ex li. vētr e. c. vnico. Indecēs esse credimꝰ q ꝑ genitri a libera ad seruitutē retrahantur: ḡ partus sequiť ventrē quātū ad ꝯditiōez libertatis. Et ꝯsili rōne quantū ad ꝯditionē seruitutis. Ad questionē dicendū: q ꝼm iura ciuilia ꝑles sequiť cōditionē ventris in seruitutes z liber-

B Seneca del li

B

broca de eo

Dubꝰ curiosa

K

La rubrica

ℭ nō. p die annciatiōis dn̄ice fynaz:

vide. ff. de ingenuis institutis. et lege. j. ff. ad municipales.

tates. Uñ cõiter dicit. Partus sequitur ventrem Scõm tñ quedã iura localia in quibusdaz regnis que nõ regunt iure impiali: partus sequit parentem deteriozis ꝯditiõis siue pr̃ siue mr̃. Et si vterqz sit seruilis ꝯditionis z sint diuersi dñi fit diuisio prolis fm numez vel fm estimationẽ si est tantũ vna: vel si sint in numero inequali. Et istud vsitatur in quibusdã pribus francie. Sed gñal'r fm iura ciuilia partus sequit ventrẽ: z hoc rationabiliter. Primo qz magis põt cõstare de matre q̃z de patre. sicut dicit Arist. viij. Ethi. Et qz status libertatis debet esse cert⁹ ab illo ꝓncipio a quo magis z certius ꝯstat aliquẽ esse: ratiõabili⁹ est eum denominari. Scõo qz ars imitat naturã: z sic videmus in aialibus q̃ ex diuersis spẽbus nascunt: q̃ partus assimilat matri magis q̃z patri. Sicut patet de mulo q̃ generatur ex equa z asino: z multo euidenti⁹ assimilat eque q̃z asino. Tertio qz seruitus z libertas sũt ꝯditiones corpis. Uñ Boe. ij de ꝯso. ꝓsa. vj. Quo vero quisq̃z ius aliqõ in quẽpiam nisi in solũ corpus z qõ est infra corpus fortunam loquor possit exercere. Nunq̃d vnq̃z libero imp̃abis aio. q. d. Non ex quo substãtia corporis accipit a matre: z seruitus z libertas circa corporis officia ꝓncipal'r attẽdunt: rõnabile videtur q̃ matrẽ sequat. Et huic ꝯcordat lex diuina z lex canonica. Diuina quidẽ. Exo. xxj. vbi ór q̃ si dñs dederit vxorez alicui quẽ emerit: z ille postmodũ egrediat liber filij debent postea remanere dño q̃ dedit ei vxorẽ: z vxor sil'r. Quia si iudeus emerat iudeũ. vij. anno egrediebatur liber fm legẽ. Si tamen medio tpe dñs dedisset ei vxorẽ. Ipsa ꝙo egrediente viro ad libertatẽ: remaneret dño cum prole sua tota. Lex em̃ canonica huic cõcordat. extra de natis ex li. ventre. sicut allegatũ fuit. Quod ãt dicunt doctores quidã: q̃ qz pater ẽ ꝓncipiũ actiuum z honorabili⁹: mater ꝙo ꝓncipiũ passiuũ z vilius: iõ ꝓles in ꝯditionib⁹ actiuis: vt in honorib⁹ municipijs sequit patrẽ occupando illa que sollicitudine paterna acquirũtur. Unde talia dicunt patrimoniũ filij. In conditionibus ꝙo passiuis: vt in seruitute z libertate sequit matrẽ. Ista inq̃z ratio mouet parũ immo videtur agere ad oppositũ. Libertas nãq̃z non videtur esse conditio passiua: sed actiua. Dicit ei liber qui sui gratia z suis actibus dominatur: z per consequẽs fm istas seq̃ debent conditiones patris. Preterea sicut filij succedunt in hereditate patrẽ: ita succedũt in hereditate matrẽ. Uñ ratio illa nõ mouet quã tamẽ ponunt sanctus Thomas Alexander z Petrus.

Ad primam rationẽ dicendũ q̃ nõ semper fit denominatio a digniori: sed aliquãdo a viliori: sicut homo denominatur ab humo. Fit etiam denominatio a ꝑdominãti z euidentiori z certiori: sicut dictum est in positiõe. Ad scõm dicendũ q̃ illõ statutum eccl'ie fuit spãliter editum in detestationez illius coniugij. Et sicut dicit glosa ibidem: cum ecclesia non sit vsa isto iure ꝓdidit ius istud. Ad tertium q̃ sacra scriptura computat genealogias nõ ẽ ad sciendum cõditiões seruitutis z libertatis sed ad sciẽdum de qua familia z tribu ꝓsona sit extracta. Et quãtũ ad hoc licet pater z mater de tribu vna esse deberent: pater tamen principalior est in illo: vnde a patribus in genealogijs denominatio fuit terenda.

Lectio. CVI.

Octrix enim ẽ discipline dei z electrix operũ illius. Due prerogatiue ipsius sapientie a Salomone in amicã z sponsam singulariter adoptate ꝫ precedenti lectione sunt exposite. Ostensum est enim q̃ ipsa habet generositatẽ ꝓpagandi z celebritatem bone opinionis. Unde in parte tertia ostendit eã habuisse curialitatẽ bone educationis. Hoc enim est vnũ de precipuis in sponsa eligenda q̃ sit bene disciplinata z curialiter educata. Unde disciplinate domicelle z dñe spãliter eligũtur vt filios nobilium educent z informent. Educatio autem virtuosa in duob⁹ cõsistit. vicz in castigatione passionum z exercitatione bonorũ operum. Uñ Seneca li. de moribus. Educatio z disciplina mores facit: z illõ sapit vnusq̃sq̃z qõ didicit. Qõ ãũt ista domina sapiẽtia in istis duob⁹ sit sufficienter educata: affirmatur sic. Doctrix est enim discipline dei. quantũ ad castigationes passionum z electrix operum illius: quantum ad exercitationes operum Si em̃ sit doctrix discipline z electrix operũ. docere vero z eligere nemo potest nisi q̃ nouit z expertus est: planũ est q̃ si est doctrix z electrix in bona educatione: est sufficiẽter in moribus informata. Dicit ꝯ. Doctrix em̃ est discipline dei id est ipsa docet nos recipe cõuenienter disciplinam que est nobis valde necessaria quia superi⁹ dictum est. cap. iij. Sapientiã z disciplinam qui abijcit infelix est. Et electrix operuz illius id est faciens nos eligere opa beneplacita. Disciplina accipitur tripl'r in scriptura. Primo generaliter ꝓ informatione siue doctrina. Prouerb. j. Audi fili mi disciplinã patris tui z ne de. le. matris tue. Alio modo accipitur disciplina ꝓ compositione morũ verborũz et gestuum. vnde ille disciplinatus dicit qui se honeste in gestu: verbis z ornatu irreprehensibiliter habet. Et sic loquitur Hugo de instructione nouitiorũ de disciplina. Disciplina est inquit omniuz membrorũ motus ordinatus z dispositio decẽs in omni habitu z actione. Jaco. iij. Quis sapiens et disciplinatus inter vos ostendat ex bona cõuersatione operationẽ suam in mãsuetudine sapientie.

Tertio modo accipit disciplina ꝓ flagellatione causa castigationis illata. Prouer. xxiij. Noli sbtrahere a puero disciplinã. Si em̃ percusseris eũ virga non morietr. Tu virga percties eum z animã eius de inferno liberabis. Istis tribus modis est sapientia doctrix discipline dei. Disciplina em̃ dei a nobis est suscipiẽda patienter quãtumlibet dura videatur ꝓpter tria. videlicet ꝓpter castigantis dilectionem: peccãtis correctionem: temptantis delectionem. Primo propter castigãtis dilectionẽ. Ille ei qui disciplinat nos pater noster ẽ amicus z redemptor. Ad Heb. xij. Quis est filius quem non corripit pater? Qõ si extra disciplinam

virtꝰ magnetis virginis credibilis

estis cuius participes facti sunt oēs: ergo adulteri ⁊ nō filij estis. q. d. Omnes amici dei facti sūt participes discipline dei. Sicut in matre virgine et in apostolis suis patet: ⁊ generaliꝫ in omnibus qui filij sui dicuntur. Non esset magnum si homo reciperet vnū ictum paruū ab aliquo pro amore amici qui pro eo fuisset acerrime verberatꝰ. Christus pro nobis non solum verberatꝰ sed crucifixꝰ et occisus fuit. Esa. liij. Ipse autem vulneratꝰ est propter iniquitates nostras: attritus est ꝓpter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eū ⁊ liuore eius sanati sumus. Ergo ⁊ nos pro amore suo ⁊ pro peccatis nostris disciplinari debemꝰ. Ad Hebre. xij. Fili mi noli negligere disciplinā domini: neq; fatigeris dum ab eo argueris. Dicit Macrobius lib. suo de lapidibus ca. xix. q; si maritus ponat magnetem sub capite vxoris dormiētis: experiri poterit an sit adultera vel fidelis: q; si est adultera statim cadet de lecto ac si manu hominis fuisset expulsa. Si vero fidelis sit marito: cōuertet se ad maritum dormiēdo ⁊ ipsum amplexabit. Dicit ergo sic. Nam qui scire cupit sua si sit adultera coniunx. Suppositū capiti lapidem stertētis adaptet. Mox que casta manet petit amplexari maritum. Nō tamen euigilans cadit omis adultera lecto. Tāq; pulsa mālu subito fetore coacta. Quē lapis emittet celati criminis index. Quānis istud non sit leuibus ⁊ lasciuis indifferēter cōmunicandum: viris tamē litteratis ⁊ ecclesiasticis dici potest. Moraliter anima humana coniunx dei dicitur per fidem charitate informatā. Osee. ij. Spōsabo te mihi in fide. Volens ergo dominꝰ experiri an anima christiana sit vera sponsa vel adultera: supponit magnetē qui lapis est ferruginei coloris: ⁊ trahit ad se ferrum. id est magnā tribulationem: quia ferrei homies dure cerucis domātur: et trahuntur ad deū. Et quid euenit? Certe false cōiuges cadunt de lecto charitatis per impatientiā ⁊ murmurationē contra deum. Deuote vero ⁊ fideles sponse christi cōuertunt se ad deum: ⁊ sunt sub disciplina dei per humiliationē: orationem et deuotionem. Dicētes illud Romano. viij. Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio: an angustia: an ꝑsecutio ⁊c. Et infra. Certus sum: q; neq; mors: neq; vita: neq; creata alia poterit nos separare a charitate dei. Unde Augustinꝰ in quodam sermone. Nullus seruus christi sine tribulatione est. Si putas te nō habere tribulationes: nō cepisti esse christianus. Supponit autem magnes iste discipline dei sub capite sponse christi dormiētis ⁊ quiescentis: q; quando homo aliquando ad maiorem quietē ⁊ tranquilliorez conuersationem se disponit: tunc deus sibi disciplinam tribulationis ⁊ iniurie vel persecutiōes immittit. Job. xxxiij Quando irruit sopor super homies ⁊ dormiūt in lecto: tunc aperit aures virorū: ⁊ erudiens eos instruit disciplina. Gregoriꝰ. xxvj. moral. Aurē coridis tribulatio aperit quā sepe prosperitas mundi claudit. Que quidē disciplina est deuote sustinenda propter castigātis dilectionem. Scō est etiam deuote recipienda propter peccātis correctionem. Ps. Disciplina tua correxit me in finem: disciplina tua ipsa me docebit. Petrus Rauēnens in quadā epistola. Ideo te forsitan tēporaliter punit deus: vt eterne mortis ardores pena redimat temporalis. In edificatiōe vero templi omnes lapides prius malleis tundebantur ne in eorū positione ion? mallei audiretur nec securis. Nec i horreo domini ponitur granū: donec flagellis aūt triturantium pedibus sit excussum. Sic ⁊ viui lapides qui ponendi sunt in illa celesti hierusalem que edificat ⁊ varijs infortuitorū concussionibus politūtur: anteq; in edificio celestis habitaculi collocent Hec Petrus rauēnēs. Et ideo ad correctionē ⁊ comodum nostrum ordinatur quicq̄d nobis de ista disciplina prestatur. Ad Hebreos. xij. Omnis disciplina in presenti nō videtur esse gaudij sed moris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis reddet. Unde Gregorius. Ideo dominus hic quibusdam parcit: vt eos imperpetuum feriat. Ideo autem hic ferit non parcendo vt in eternum parcat. hec Gregoriꝰ. Et sicut pater verberās filium cum virga facit puerū verberatum cessare a fletu ⁊ ipsam virgam osculari cum qua est bene disciplinatus ita vult deus de nobis. Virga qua deus electos verberat est aliquis malus hō astutus: truculentus ⁊ iniustus. Ezech. vij. Floruit virga: germinauit superbia: iniquitas surrexit in virga impietatis. Et tamē non vult deus q; ploremus per nimiā desolationem: imo etiam vult deus q; virgam nostram osculemur ⁊ amemus. Matth. v. Diligite inimicos vestros: bñfacite his qui oderunt vos. Et orate pro persequētib⁹ ⁊ calūmantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in celis est. Unde Cesarius. Qui captiuos redimere pauperes pascere ⁊ vestire non pualet: contra nullū hominem odium in corde seruet: ⁊ inimicis nō solum malum ꝙ malo non reddat: sed etiaz diligat: ꝙ eis orare non desinat: certus de promissione domini sui: vt dicere poterit libera conscientia ante tribunal christi. Da domine quia dedi: dimitte quia dimisi. Hec ille. Aduertentes ergo nos a deo tanq̄ pueros insensatos disciplinari: frequēt ad commodum ⁊ correctionē nostram omia cum gratiarumactionibus equanimiter tolerem⁹. Prouerbio. xxij. Stultitia enim colligata est in corde pueri ⁊ virga disipline fugabit eam. Tertio disciplina dei est deuote suscipienda ꝓpter temptantis delectionem. Prosternitur nāq; caro: mundus ⁊ demō: dum disciplina dei fortiter toleratur. Unde etiam contra temptationē carnis solent sancti sibiꝑsis disciplias infligere. Gregoriꝰ. ij. dialogorum. ca. ij. dicit de sancto Benedicto q; quādo de quadam muliere quā prius conspexerat temptaretur: exutus vestimento nudum in spinarum aculeis ⁊ vrticaꝑ incendijs se proiecit. Uanitas etiā mundi alias ꝓtemnit dum sanctus homo persecutionibus agitatur. Sicut enī nutrix volens filium ablactare: inungit mamillam synapio vel aliqua re amara. Ita deus huius vite delicias infinitis amaritudinib⁹ ordinauit esse respersas: ne eas nimis amarem⁹. Unde Augustinus in ꝓfessoib⁹

Lectio

suis regratiatur deo q̄ resperserat semp amaritu dinib⁹ illicitas delectationes suas. Et Boeti⁹. ij. de ꝓso. prosa. iiij. Quā multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo resparsa est: q̄ si etiā fruēti iocunda esse videatur tamē quo min⁹ cum velit abeat retineri nō possit. Et de eodem loquēs Augustinus de vera innocētia ꝓpositione. ccxxvj. dicit sic. In p̄nti vita t delicie temporales dulces sūt t temporales tribulatiōes amare sunt. Si quis non bibat tribulationis poculum: meruat ignem gehennarū: etsi quis nō contemnat dulcedinem: seculi inbians bonis eterne vite. Sunt ergo diuitie disapline quasi quedam mediane p̄seruatiue a putrefactione t temptatiōe peccati. Dicit enim Aristo. iiij. Methеoro. q̄ q̄nq̄ sunt que impediūt putrefactionē. Frigus circūstans. Uñ mortui in frigido congelati durāt incorrupti ꝑ multos annos. Et ideo magis putrescunt res in estate q̄ in hyeme: quia calor naturalis per frigus circūstās exterius cōprimit t seruatur in humido. Scōa causa est excellentia caloris naturalis intrinseci. Et ideo illa in quibus abūdat calor igneus vt piper galanga t huiusmodi non cito putrescunt.

Tertia causa est coagulatio facta a frigido intrinseco. Quarta motus moderatus. Quinta magnitudo rei: q̄ vnaquēq̄ res diuisa per partes cito putrescit. Isto modo moraliter quinq̄ sūt que putrefactionē peccati impediunt. Quādo enī humidum t calidum a re extrahuntur: res putrescit. Sic quando humor gratie t calor charitatis per peccatum ab homine extrahunt homo putrescit moraliter. Ps. xxxvij. Putruerūt t corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee. Hec autē putrefactio quinq̄ modis impeditur. Primo modo per frigus circūstans. id est per tribulationem t p̄secutionem exteriorē. Scōo modo ꝑ excellentiam caloris naturalis ignis intrinseci. i. per excellentiam charitatis spiritussancti. Leuit. vj. Ignis in altari meo semp ardebit. Tertio modo ꝑ coagulationē factam a frigido intrinseco. id est per timorē diuini iudicij t vltionis future intrinsecus recogitati. Quarto modo ꝑ motum moderatū. Iuxta illud. Et vitiū capiunt ni moueantur aque. Motus moderat⁹ est variatio t continuatio sanctarū occupationum que excludit ocium q̄ maxime inducit putrefactionem libidinis. Iuxta illud Ouidij de remedijs amoris. Oda si tollas periere cupidinis arcus. Quinto mō impeditur putrefactio peccati ꝑ magnitudinē rei: q̄ res magna magis resistit putrefactioni corrumpēti q̄ parua. Isto modo moraliter magna dignitas et gradus siue status persone debet eam p̄seruare a cōmissione peccati. Quando homo recogitat q̄ est prelatus: habet animarum curam: recogitat honorem a subditis t beneficijs quibus omnino indignus est: nisi bene viuat: et ipsa sue dignitatis magnitudine facit sibi stimulum bone vite. Inter ista quinq̄ impedimenta putrefactionis primum ē disciplina a qua vita gratie a putrefactione seruatur. Prouer. vj. Mandatum lucerna ē. et lex lux. t via vite increpatio discipline.

CVII

Lectio. CVII.

Si diuitie appetantur in vita: quid sapientia locupletius que operatur omnia. Si aūt sensus operatur: quis hoc q̄ que sunt magis q̄ illa est artifex.

Hec est quarta ꝑs cōmēdatoria in qua salomō duas ꝓditiones de amica sua sapiētia introducit que in spōsis eligendis apud homines mūdanos nō modicū ponderant. Et scōm q̄ ei duas prerogatiuas attribuit lra diuidit in tot pres. Prīo enim attribuit ei opulentiā in diuitijs. Et scōo experiētiam in artificijs. Scōa ꝑs ibi. Si autem sensus operatur. Et q̄ diuersorum hominū diuerse sūt cupiditates: tam fm ꝓsuetudinē: q̄ fm cōplexiones Nam aliqui desiderant naturaliter supfluitatem in diuitijs: aliqui subtilitatē in artificijs: aliqui virtutum moralium ꝓuenientiā: aliqui virtutum intellectualium excellentiā. Ideo sub q̄truor ꝓditionibus oīe humanū desiderium: honestū tamen et nō bestiale cōiter describit: quorū tamē appetibilium tantū duo in littera ista ꝑsequitur. Quantum ad primū dicit sic. Et si diuitie appetant in vita: quid sapientia locupleti⁹: que operatur oīa q. d. nihil. Et intelligit ſpāliter de sapientia increata que ē christus. De qua Ephe. j. Nā operatur oīa fm consiliū voluntatis sue. Quia enī sapientia q̄ est virtus humana donū est sapientie increate: et idem est cōmendare donū t dantem in casu. Ideo Salomon frequenter in hoc libro sapientiā commendando quedam de sapientia creata ponit: et plurima de sapientia increata. Potest tamen ista littera de sapientia humana intelligi quā si hō habet locuples satis fiet. Modū vero quō quilibet pōt esse diues dicam fm Senecā in ep̄la. cxxiij. in qua docet qualit̄ omnis homo pōt sibi pacem t diuitias fabricare: que duo cōiter multum affectātur. Dicit sic. Nūquid maior est anim⁹ q̄ vbi alienum se posuit t fecit sibi pacem nihil timendo sibi diuitias nihil cōcupiscendo. Ergo fm Senecam si vis habere pacem quātum ad mundum pertinet nullum timeas t eris in pace: nihil ꝓcupiscas et eris satis diues. Erras inquit si illum putas diuitem cui varia suppellex: qui in prouincijs multis arat: qui multum suburbani agri possidet. Cū omia dixeris paup est. Quare? quia debet. Quātum inquis? Omnia. nisi forte iudicas interesse. vtrum aliquis ab homine an a fortuna mutuum sumpserit. Hec Seneca sententialiter. Sed melius dixisset: si concludisset: oīem diuitem deo debitorem fuisse non fortune. Dicit enim Augustin⁹ j. de retractationib⁹ ca. j. Homines habent in pessima consuetudine: vbi dici debet. Hoc deus voluit: dicunt hoc fortuna voluit. Sed quomodo dantur diuitie a deo cum sint nocue frequenter illis quibus dantur. Isti questiōi respondet Seneca epistola. lvij. vbi ostendit quomodo dij diuitibus sunt ꝓpitij: t dicit q̄ dicuntur eis ꝓpitij: quia bono ac benigno vultu mala magnifica eis tribuerunt: ad hoc vnum excusati q̄ illa que vtunt et excruciant optantibus data sunt. In hoc ergo

dñi excusantur fm eñ-q̄ licet dent eis ea que eis nō
prosunt: dant tamen qualia appetunt. Sed certe
vere diuitie quas sapientia dat hoibus sunt vir-
tutes ꝛ bone opationes: quas signanter vocat p-
pheta diuitias salutis. Esaie. xxxiij. Diuitie salu
tis sapientia ꝛ scientia. Prouerbio. x. Benedictio
domini diuites facit. Scōa progatiua ꝛ quarta
in vniuerso ipsius sapiētie est q̄ ipsa hz experienti
am in artificijs. Et quantū ad hoc dicit. Si autē
sensus opatur ꝛc. i. ars q̄ est circa sensibilia ꝛ expe
rimēta commendetur in aliquo sapia increata q̄
est rps artificio p̄cellit oīa: quia omnia creauit
de nihilo. Sapiētia etiā humana large loquēdo
prudentiā ꝛ artem cōprehēdit: ꝛ p ꝯsequens nihil
est magis artifex q̄z illa. Si inquit diuitie appetā-
¶ tur. ¶ Notandū q̄ tria sunt genera diuitiarū. Tē
porales ꝛ piculose: spirituales ꝛ vtuose: eternales
et gloriose. Prime sunt rōnabiliť paruipendende
Scōe sūt laudabiliter exercende. Tertie sunt inef
fabiliter appetende. Prime diuitie sunt piculose:
quia repellūt veritatē a cognitione: securitatez ab
estimatione: ꝛ vnitatē ab affectione. Primo repel-
lunt veritatē a cognitione. Diuites enim nec ha-
bere possunt verā cognitionē dei: nec sui: nec pri
mi. Nō dei: qz Matthei. xiij. Fallacia diuitiarum
suffocat verbum dei ꝛ sine fructu efficit. In cuius
figurā diuitibus regibus: angelus apparuit in sō
nis: ꝛ paupib⁹ pastoribus in pfecta vigilia se ostē-
dit. In signū q̄ pauperes clariorē de deo noticiaz
consequātur q̄z diuites. Unde Luc. xix. dicitur q̄
zacheus fuit princeps publicanoꝝ ꝛ diues: ꝛ ta-
men statura pusillus erat: ꝛ non poterat p̄ turba
videre Jesum donec in arborē ascendisset. Sic di
uitijs ꝯstipati ꝛ familijs sūt parui in statura virtu
tum ꝛ cōprimuntur sollicitudinibus ꝛ pssuris ne-
negociorū ꝛ officiorū q̄ nō vacat eis cogitare de ie
su nisi valde raro. i. si forte semel i anno in quadra
gesima vel circa pascha arborē ascendāt penite-
tie ꝛ cōtemplatiōis deuote vt inuitēt illum in do-
mū suā. Et iō diuitie sūt puluer es excecātes ocu-
los spirituales. Unde dicit Apocal. iij. Dicis q̄
diues sum ꝛ locupletat⁹ ꝛ nullius egeo: ꝛ nescis qz
miser es ꝛ miserabilis ꝛ pauper ꝛ cecus ꝛ nudus.
Item nec habēt verā cognitionē sui ꝓpter duo im-
pedimenta. Primo ꝓpter vera dicentium raritā-
tem: ꝛ scōo ꝓpter adulationem falsi multiplicitatē
De primo dicit Seneca. Mōstrabo tibi quid oia
possidentib⁹ desit. s. qui verū dicat. De scōo patet.
Tot sunt adulatores diuitū de familijs: de vici-
nis: de amicis: de extraneis q̄ ꝓprios defect⁹ non
possunt aduertere. Eccī. xiij. Diuiti decepto mul-
ti recupatores: locutus est supbe ꝛ iustificauerūt
illum. Et infra. Diues locut⁹ est ꝛ oēs tacuerūt:
et verbum illi⁹ vsq̄z ad nubes pducent. Tertio
nec habēt veram noticiam de proximo: qz nesciūt
qui sunt eorum amici ꝛ qui hostes. Unde Seneca
de remedijs fortuitorū. Iste quē tu dominū existi
mas pecunie locul⁹ est multum habet. Ignoras
vtrum auarus vel ꝓdigus sit: si ꝓdigus non ha-
bebit: si auarus non habet. Istum quem tu felicē
admiratus credis sepe dolet: sepe suspirat: multi
illum comitant. Mel musce sequunt: lupi cada-
uera: frumenta formicē p̄dam sequitur turba ista
nō hominē. Et ideo bene deducit Boet⁹. ij. de cō
sola. prosa. viij. q̄ aduersa fortuna plus hominib⁹
prodest q̄z prospera. Illa enim semp spem felicita-
tis cū videtur blanda mentitur: hec semp vera est
cum se instabilem mutatiōe demonstrat. Illa fal-
lit: hec instruit. Illa mendacio spem bonorum mē
tes fruentiū ligat: hec cognitiōe fragilis felicitat
absoluit. Itaq̄z videas illā ventosam fluentē: suiq̄
semp ignaram: hanc sobriā succinctāq̄z ꝛ ipsi⁹ ad-
uersitatis exercitatiōe prudentem. Sic ḡ diuitie
repellunt veritatē a cognitione. Scōo repel-
lunt securitatem ab estimatiōe. Diuites enim sem
per sunt in timore perdendi terras pecuniā ꝛ the-
saurum. Et cum sint sine securitate: sunt p ꝯse-
quens sine intrinseca iocunditate. Uñ Aug⁹. vj.
cōfes. narrat. q̄ transiens p quendā vicum vidit
pauperem mendicum iocantē: ꝛ ingemuit loquēs
ad socios. Oīnibus inquit conatib⁹ quibus labo
ramus: nihil aliud vellemus nisi ad securā letitiā
peruenire: quo nos iste mendicus preces sit. Et seq̄
tur. Ille letatur: ego anxius: ille secur⁹: ego trepi-
dus eram. Et illud notabiliť in suo cantico dicit
beata virgo. Luce. j. Esurientes impleuit bonis
et diuites ꝛc. Illud est inane q̄ō apparet esse reple-
tum ꝛ est vacuum. Ita diuites videtur exteri⁹ si-
ne metu ꝛ turbatiōe ꝛ sine sollicitudine: ꝛ tamē in-
terius sunt pleni tristicijs ꝛ timore. Tertio re-
pellunt vnitatem ab affectiōe. Causant enim inui
dias: turbationes: bella: brigas ꝛ discordias ami
corum. Exemplū. Gene. xiij. de Abraam ꝛ Lotb
consanguineo suo: de quibus dicit. Erat quippe
substantia eorū multa: ꝛ nō quibant habitare cō-
muniter. Unde statim subdit in eodem q̄ facta est
rixa inter pastores gregū Abraam ꝛ loth: cuz ꝛ ip
si substantijs abundabāt multifarijs. Et ideo sūt
paruipendende. vnde Sene. in epistola. xviij. Ne
mo alius est deo dignus q̄z qui opes cōtempserit.
Et ideo dicit ꝑs. Diuitie si affluāt nolite cor ap
ponere. Dicit Augustin⁹. Non dicit. nolite habe-
re: sed nolite apponere. Non enī dānat cor diuiti-
as vnde mereamur celū sed cor appositū q̄ō scz nō
expendit sed recondit. Et ideo dicit q̄ diuitie sunt
rationabiliter paru ipendende: nō totaliter fm re
ctam rationē: sed ne sint impedimentum virtutis:
Unde optimū temperamentuz docet Augustin⁹
super ꝑs. lj. q̄ nullus diuitias vl' diuites nimis
cōtemnat: nec nimis de paupertate presumat di-
cens sic. Hoc attendite ne passim diuites reprehē
datis: ꝛ rursum ne de paupertate ꝛ egestate pre-
sumatis. Si enim nō est presumenduz de diuitijs
quantomagis nō est presumendum de pauperta
te. Pauper vlcerosus nō habens escam nec vestē
allatus est ab angelis in sinū abrae. Uide quo sb
latus est: lege scripturā ꝛ inuenies diuitem abrāā
Sublatus est ergo in sinū diuitis pauper: an po-
tius ambo diuites deo: ambo cupiditate paupe-
res. hec Augustinus. Scō e diuitie sunt spirituales
et virtuose: ꝛ he sunt gratie ꝛ opationes virtutū et
boni mores. Unde Gregorius omel'. xv. sup illud

Erit qui seminat seminare semen suum. Sole diuitie vere sunt que nos virtutibus diuites efficiunt. Si ergo fratres diuites esse cupitis: veras diuitias amate. Si culmen honoris queritis: ad celeste regnum tendite. Si gloriam dignitatuz diligitis: in illa superna angelorum societate asscribi festinate. Unde. j. Timoth. vj. Precipe diuitibus huius seculi nō sublime sapere neq; sperare in incerto diuitiarum. Et infra. Bene agere: diuites fieri: in operibus bonis. Et Ephe. iij. Det vobis fm diuitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine: t habitare christum per fidem in cordibus vestris in charitate radicati t fundati. Certe diuitie sūt eternales et glorie. In istis enim est perpetuitas sine transitiōe: securitas sine fatigatione: iocunditas sine afflictione t satietas sine defectione. De quibus in Ps. Glorie t diuitie in domo eius tē. Et iterum Spera in domino t fac bonitatē t inhabita terrā et pasceris in diuitijs ei⁹.

Lectio. CVIII.

Tsi iusticiam quis

e diligit: labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatem enim et prudentias docet t iusticiaz t virtutem: quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Postq; Salomon declarauit quinq; prerogatiuas sapientie sponse sue. In hac parte prosequitur deserta. Dictum est enim q; ipsa habet nobilitatem propagationis: celebritatem bone opinionis: curialitatem educationis: et opulentiam in diuitijs: t experientiā in artificijs. Sexto habet sincerum moderamē in moralibus Et septimo verum examen in scientialibus. Est ergo intentio huius lectiōis cōmendare istam spōsam siue amicam preelectaz a bonis moribus. Et circa hec duo facit: quia primo cōmendat eam generaliter t summatim a iusticia legali. Scōo singulariter t singillatim a qualibet virtute cardinali. Scōa pars ibi sobrietarem enim. A Circa primum est aduertendum q; sicut dicit Aristoteles. v. ethico. cap. j. Dupler distinguitur iusticia. generalis que vocatur iusticia legalis: t particularis iusticia: inter quas talis est differentia. q; iusticia legalis nō est pars virtutis: sed est tota virtus. Et vocatur iusticia legis: q; fm eam fit homo totius legis obseruator: fm singulas operationes virtutum. Uocatur autem iusticia generalis: nō q; sit cōmunis ad omnem virtutem: sed quia vna ē virtus particularis: directiua tm cuuslibet virtutis in actum suum fm Aristotelē fm q; expedit ad bonum cōmunitatis siue bono communi. Unde iusticia legalis intendit dirigere omnem virtutez in actum suum: sicut expedit ad bonum communitatis. Justicia vero particularis est illa cui contrariatur auaricia: t est in commutatōib⁹ et distributionib⁹ que fiunt ad singulares personas. Et hec est que cōnumeratur inter quattuor virtutes cardinales: que sunt prudentia: iusticia: fortitudo: et temperantia. Primo ergo commendat Salomō spōsam suam a iusticia legali. Et secundo a iusticia cardinali vt dictum est. Quantum ad primuz dicit sic. Et si iusticiam quis diligit tē. fm varietatem consuetudinum t complexionuz sunt in hominibus varie inclinationes tam ad vitia q; ad vtutes. Unde quidam homines naturaliter inclinantur ad opera iusticie: et eorum exercitio delectantur. Et de tali homine loquens dicit. Et si iusticiam quis diligit naturaliter vel ex electione: et hoc loquendo de iusticia generali: labores huius. id est exercitationes difficiles sapientie magnas habent virtutes. id est vires ad acquisitionem: vel labores huius magnas habēt virtutes. id est per exercitationez sapientie magne acquirūtur vtutes. Labores dicit pter difficultatem q; est semper annexa oper virtuoso. Uirtus em̄ consistit circa difficile: t sicut dicit quidaz: nulla ē nō ardua virtus. Scōo commendat ex quattuor virtutibus cardinalibus singillatim dicēs: sobrietatem t prudentiam: iusticiam t virtutem. Prudentiam t iusticiam specificat nominibus suis: ſz temperātiam vocat sobrietatem t fortitudinez vocat virtutem. Sicut enim dicit Tullius de officijs. Nomen virtutis antiquitus fuit solius fortitudinis. Iste autem quattuor virtutes dicunt generales principales t cardinales. Sicut enim in artibus est subordinationem dare qua vna p̄cipit dominatur t principatur: alia subseruit t exequitur. Ita est in virtutibus moralibus. Sic ars militaris precipit equestri: t equestris frenefactiue. Similiter ars gubernatoria nauis ē architectorica. i. p̄ncipal' et p̄ceptiua respectu remigatiue t nauifactiue t huiusmodi. Finis enis superior ſ artis est intentus ab inferiori: sicut frenefactiua intēdit bonitatē ad hoc q; hō bene eq̄tet: t bene equitare ordinatur ad bonam militiā. Et iō ars militaris habet p̄cipere tam equestri q; frenefactiue: et multis alijs subseruientib⁹ arti militari. Eodem modo est in virtutibus moralibus: vna precipit alteri puta superior inferiori. Uerbi gratia. In passionibus cōcupiscibilibus delectationes fm tactū sunt difficiliores ad regendum: t ideo indigemus vna virtute qua rationabiliter regamur in huiusmodi delectationibus generaliter: t ista vocatur tēperantia. Sub ista sunt alie virtutes circa materias spāles delectabilium. Est enim delectatio fm tactum multiplex: alia circa gustum: alia circa venerea: alia circa ludos. In delectationib⁹ circa gustum indigemus virtute q; potest vocari sobrietas. In delectationibus venereoz̄ indigent coniugati: quibus solis venereis licet vti: vna virtute que vocatur continentia vel castitas. In delectationibus que fiunt circa ludos indigemus virtute seruante medium inter superabundantiam et defectum q; vocatur Eutropelia: sicut docet Aristo. iiij. ethi. Modo q; omnes iste virtutes sunt circa materiā magis p̄ticularē q; temperantia: quia temperantia habet fieri circa delectationes fm tactum gñaliter ſbintelligendo gustū sub tactu: q; gustus est quidā tactus sicut dr. ij. de anīa. Jō tēperantia vocatur tpantia generalis: t eutropelia

est species temperantie. Et similiter castitas conjugalis z sobrietas in cibo z potu sūt spēs temperantie. Et q superior virtus pcipit inferiori: ideo temperantia vocat pncipalis respectu eutropelie vel sobrietatis. Quia vero sic quasi omnis materia moralis reducitur ad quattuor: videlz ad passiones irascibilis: ad electionez rōnis: z ad operationē circa res victui necessarias: iō si i istis quattuor bene regulemur: perfecte erim⁹ virtuosi. Et ideo fm istas quattuor virtutes dicūtur quattuor pncipales siue cardinales. Nam tēperantia facit tenere mediū fm rectam rōnem circa passiōes concupiscibiles. Fortitudo circa passiones irascibiles: prudētia circa electiōes in operabilib⁹. Et iustitia circa cōmunicationē in rebus exteriorib⁹. Dicuntur autem iste virtutes metaphorice cardinales. Cardo em fm pap. z Hug. est pars ostij q vertitur in quodam foramine ligneo vel lapideo p quod ostium vertitur quādo clauditur z aperitur Et aliquādo vocatur cardo ipm foramen: z dicit a cardian grece qō est cor latine: quia sicut cor hominis regit corpus in motu: ita lignū illud regit et mouet ianuā: quia ergo operationes humane reguntur determinate ab istis virtutib⁹ fm rectam rationem sicut ianua per suū cardinem. Unde ab antiquis cardinales eas placuit appellari vel forte melius dicuntur cardinales. q. cardiales: id est cordiales a cardian grece qō est cor latine. Et dicuntur cardinales ad differentiam virtutū corporaliū: sicut sunt robur z agilitas corporis. Iste vero sunt in corde. i. in aia: z ideo forsitan cardinales vel cardiales primitus dicebantur. Ex his patet quare sunt quattuor virtutes pncipales z quare dicuntur cardinales. Est autem viterius aduertendum q iste quattuor virtutes fm Plotinuz et Macrobiū super librū primū de somnio scipionis quadrupliciter variātur. Sunt em virtutes exēplares. Virtutes purgati animi. Virtutes purgatorie. Et virtutes politice. Iste virtutes fm q sunt in deo quodāmodo vocantur exemplares: vt dicatur iustitia dei obseruatio legis eterne in administratione. Fortitudo potentia gubernādi. Tēperantia conformitas voluntatis siue ad rectaz rationem. Prudentia sapientia dei infinita. Sic ergo iste virtutes fm q in deo ponuntur vocantur exemplares virtutes: quia diuine virtutes exemplares debent esse humane virtutis. Deum em sicut summā regulam bonitatis imitari debemus. Considerando istas virtutes prout ab hominib⁹ haberi possunt: sic differunt fm gradus pfectiōis z imperfectionis. Inueniūtur in bonis: in melioribus in optimis. In bonis vocantur politice: id est ciuiles: quia fm eas hō aptus efficitur ad bene viuendum in cōmuni ciuilitate. In melioribus z perfectioribus qui transcendunt pmos: z tendūt quodāmodo ad diuinam similitudinez vt imitentur et effigient virtutes exemplares in deo: vocātur iste virtutes purgatorie: quia purgant a vitijs passionū ita q iste virtutes sunt in hominib⁹ qui habent frequētiam passionū z tm eis dñantur virtuose: et ideo dicūtur in eis purgatorie. Sed in hominib⁹ perfectissimis qui totaliter diuinis adherent: dicūtur iste virtutes esse virtutes purgati animi: in quibus prudentia sola diuina intuetur. Temperantia terrenas cupiditates nescit. Fortitudo passiones ignorat. Justicia cuz diuina lege perpetuo federe sociatur: z sic sunt in valde bonis. i. bris: vl forte in quibusdam paucis electissimis in hac vita Et spāliter fuerunt in xpi hūanitate z virgine gloriosa. His visis patet littera q sapientia docet sobrietatem: id est temperantiam. j. Pet. v. Sobrij estote z vigilate zc. Docet etiā prudentiā Mat. x. Estote prudentes sicut serpētes z simplices sicut columbe. Docet etiam iusticiā z virtutem. i. fortitudinem quib⁹ vtilius nihil est in vita hominibus Sed ?tra hoc videtur q virtutes theologice sunt meliores ad ꝓmerendum vitam: quia sine fide impossibile est placere deo. ad Heb. xj. Et si hō charitatem nō habeat nihil est. j. Cor. xiij. Dicendum est q sub istis quattuor comprehenduntur virtutes theologice: scz fides sub prudētia: spes sub fortitudine: charitas sub iusticia: z sic verū est q istis nihil est vtilius in vita hominib⁹. Hic potest breuiter dubitari. An virtutes morales sint cōnexe sic q nullus possit habere vnam nisi omnes habeat. Et videt q nō: quia Augustin⁹ dicit ad hieronymū in quadam epl'a in qua dr. Non est diuina sententia qua dr: qui habet vnā habet oēs: sed dis vera sententia est diuina: q? fm Amb. Omne verum a quocūq; dicat a spūsancto est: g nō est vera sententia. Preterea virtutes morales generātur ex exercitio actuū virtutū: sicut ptz. ij. ethi. sed ?tingit aliquē exercere se in actib⁹ vnius virtutis: z non in actib⁹ alterius. Sicut aliquis pōt se dare actib⁹ liberalitatis lz nō det se actib⁹ cōtinentie sic ptz g talis acq?rit liberalitatē z tm non est ?tinens. Ad oppositū est ph̄s. vj. ethi. duob⁹ vltimis capitulis: vbi pbat q nullus pōt habere prudentiam nisi habeat oēs virtutes morales. Nec potest quis habere virtutes morales nisi habeat prudentiā. Ad questionem dicendū q virtus moralis potest accipi dupl'r pfecta z imperfecta. Virtus moralis imperfecta pōt haberi etiā si alie nō habeant. Perfecta aūt nō pōt. Virt⁹ imperfecta vocat inclinatio naturalis ad vtutē: sicut aliq? inclinant natural'r ad castitatē: aliq? ad liberalitatē. Perfecta vero virt⁹ est habit⁹ inclinās ad opus bonū bñ agendū. Huius cōnexionis rō apud Aristo. talis est: q? null⁹ pōt esse prudēs nisi sit vtuosus. Virt⁹ em moral'r facit eligere bene ea q̄ sunt ad finē: z bene iudicare de fine. Sic p oppositum malicia facit male sentire de fine: vnicuiq; em bonū apparet illud ad quod dicitur amicus: z ideo si nō habeat rectaz estimationem de fine nūq; bene eligit media quod est opus prudentie. Et corruptus habitus per vitiosos actus habet falsam estimationem de fine: et per consequens erronee eligit: z ideo prudētia que est recta electio vel recta ratio agibilium non est in tali. Q̄ō autem virtus moralis non possit esse sine prudentia sic ostendit. Inclinatio in actū virtutis ē ab habitu virtutis: modo si ē inclinatio corporis si est nimia z nō fit fm rectā rationem corpus impingit.

in aliud ꝛ leditur: ita inclinatio virtut⁊ si est nimia nō fit fm rectam rōnem. Et ideo ad hoc ꝙ operatio sit virtuosa requiritur nō solum habitus inclinans: sed prudentia dirigens ꝛ moderans operationē: ꝛ ideo virtus moralis nō potest esse sine prudentia. Ad primū dicendū ꝙ intentio Aug⁹. est ꝙ illa sententia expresse nō docetur in sacra scriptura. Ad secūdum dicendum ꝙ qui assuefacit se in operibus vnius virtutis ꝛ nō omniū: talis nō habebit prudentiam: nec acquiret aliquā virtutē moralem perfectam. Acquirit tamen vnū habitū iuxta materiam circa quā se exercet: sed ille habitus nō habebit rōnem virtutis perfecte ꝓpter defectū prudentie. Et ideo ad hoc ꝙ aliq̄ virtus acquirat⁊ oportet ꝙ bō se habeat circa oīa que in vsu vite veniūt non tm̄ oportet ꝙ simul exerceat se in actibus omniū virtutū: sed requirit⁊ ꝙ se habeat virtuose circa materiā alicui⁹ actus virtutis. Sunt tamē q̄dam virtutes cōuenientes hoī fm statū eminentem sicut magnanimitas ꝛ magnificētia. Et istas virtutes acquirit bō exercendo se in actib⁹ liberalitatis sic ꝙ liberalitate habeat eas ī potētia ꝓpinqua. Si enim liberali subseruiat abundātia sumptuū ꝛ pecuniarum exercebit actus magnificētie de facili ꝓpter vsum liberalitat⁊ in donationib⁹ mediocribus vsitatum. Lectio. CIX.

s um ira tua permansit: sed ad correctionem in breui turbati sunt: signũ habentes salutis ad commemoratio nem mandati legis tue. Qui enĩ cõuersus est nõ per hoc qõ videbat sanabatur: sed p te omniũ salua torem: z in hoc ostendisti inimicis nostris: quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos autẽ locu starum z muscarum occiderunt morsus: z nõ ẽ in uenta sanitas anime illorũ quomã digni erant ab huiusmodi exterminari. Ostensa diuersitate demeriti inr egyptios punitos p bestias i egypto z inr hebreos puitos p bestias i deserto. In ista p te psequr de eadem diuersitate supplicij. Fuerunt aũt diuersimode puniti: egyptij ad extermiationẽ hebrei vo ad correctionẽ. De punitione egyptioꝝ per ranas muscas z cymphes satis est supius ta ctum. De punitione vero hebreorũ est sciendus q sicut habetur Nume. xrj. Cum popul⁹ in deserto cõtra dominũ murmurasset immisit eis serpẽtes ignitos hoc est paruos z veloces ad modũ scintil larum q tactu venenoso inflãmabant z causabãt tumorem z ruborez in carne: ad quorũ punctura quidam vulnerati sunt: quidam vero mortui. Ue nerunt ergo ad Moysen z rogauerũt eum q ora ret p eis ad dominũ. Ad hui⁹ q preces ordinauit domin⁹ vt faceret figuraz serpentis de ere z pone ret sup summitatem partice z faceret illum defer ri in populo z dixit eis q quicunq esset pcussus a serpente ignito statim aspiceret ad serpentem ene um z curaretur. Istud miraculosum remediũ p uidit deus filijs israel in deserto z fuit figura pul cherrima de passione xpi sicut ipsemet allegauit Johã. iij. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filiũ hominis: vt om nis qui credit in eum nõ pereat: sed habeat vitam eternã. De afflictione igitur hebreorũ per serpen tes ignitos z remedio eis cõcesso agit autor in par te ista declarãs qualiter egyptij afflicti fuerunt si ne remedio tanq incorrigibiles: hebrei vero cũ re medio tãq filij ad correctionẽ habiles. Et circa b tria facit. Nam primo tãgit hebreorum rationa bilem castigationem. Secũdo egyptiorũ miserabilem exterminationẽ. Tertio redit ad declarandam mirabilem hebreorũ liberationẽ in plaga ser pentũ. scõa ps ibi. Illos autẽ locustarũ. tertia ibi Filios autez tuos. Circa primum quattuor facit. Nam primo agit de afflictiõis tedio. Scõo de af flictionis remedio. Tertio de eius dez remedij au tore precipuo. Quarto de fine per illud remediuz principaliter intento. secũda pars ibi. Habentes signum salutis. tertia ibi. Qui enĩ cõuersus. quar ta ibi. Et in hoc ostendisti. Dicit enĩ sic. Sed nõ in perpetuuz ira tua pmansit. Ira tua id est pena in flicta per te: hebreis peccantibus in deserto: nõ fu it exterminatiua omniũ generaliter sed castigati ua tantũ. Unde subdit. Sed ad correctionem in breui turbati sunt. Hieremie. xxx. Non faciam te in consummationẽ: sed castigabo te in iudicio vt non videaris tibi innocuus: z hoc in breui. qz Esa. liij. In momento indignationis mee abscondi fa ciem meã parumper a te. Et tamẽ cum fuerũt in turbatione illa fuerũt habentes signum salutis. sz serpentem eneũ ad cõmemorationem manda ti legis tue. i. sicut cõmemoratoz in lege tua. Nu meri. xxj. Fac serpentem eneũ z pone eum pro si gno. Sed quia ille effectus quo curati fuerũt ad inspectionem serpentis enei posset a simplicib⁹ ip si serpenti attribui z nõ deo: ideo tertio subiungit Qui enim conuersus est zc. per te christũ figura tum per illum serpentẽ eneum qui omnium est sal uator. Figurabatur autẽ christus p istum serpen tem eneum multipliciter. sz quantum ad moruz innocentiam: quatũ ad situs eminentiam: quan tum ad vite carentiam: z quantum ad salutis effi cientiam. Primo quantum ad morum innocẽ- a

Ista figurabat⁹ p serpetez eneu z. xp⁹

riam: quia sicut illa figura serpentis venenosa apparuit: z tamē nullum venenum habuit; ita christus i carne peccati apparuit z tamē nullum peccatum habuit: nec est inuentus dolus in ore ipsius.

Scōo quo ad vite carentiā: qz sicut serpens ille vitam nō habuit z tñ de materia marie dura tiua fuit: qz es inter oīa metalla durabilius ē; sicut dicit h̄ glo; ita xp̄s vere mortuꝰ ē fm humanitatē et vere eternꝰ z imortalis ē fm diuinitatē. Tertio quantū ad situs eminentiā: qz sicut serpēs positus fuit sup particam longam vt a toto populo videretur z a gentib; ita christus i ligno crucis ita alte suspendebaꝫ vt a toto populo videretur; vbi etiam adhuc a deuotis mētibus per fidem z amorem cōspicitur. Quarto quātū ad salutis efficiētiam: quia sicut omnis a vero serpente p̄cussus si serpentem eneū aspiceret curabatur: Jta quilibet a diabolo vulneratꝰ si christum in cruce cōsideret per fidem z veniam roget sanaꝫ. Quarto subiūgit finem p istud miraculum p̄cipaliter intentū, videlicet honorē dei: cum dicit. Et in hoc ostendisti inimicis nostris; qz tu es qui liberas ab oi malo; scilicet corporali z spirituali. Christus enim legitur fecisse miracula, p̄ter tria. Primo ad eorum circa quos operabatur vtilitatē; qz eos frequēt in corpore z in anima curabat. Scōo p̄ter aliorū cōuersionem; qz multi videntes christi miracula conuertebanꝫ. Tertio p̄ter dei gloriam z honorem. Joh. ix. Nec hic peccauit; neq; parētes eius sed vt manifestētur opa dei in illo. Et eodem modo in p̄posito deus istud miraculū fecit ad vtilitatem bonorum de filiis israel ad conuersionez ma
B lorum z ad gloriam dei dilatandā. Scōo p̄cipaliter in ista lectione agit de egyptiorū in egypto mirabili p bestias exterminatione que propter eorum maliciam sine quocunq; remedio infligebaꝫ. vñ sb̄dit. Illos autē. i. egyptios: locustarum z muscarum occiderūt morsus. De quibus locustis dicitur Exo. x. Dixit dominus ad Moysen extende manum tuā sup terram egypti ad locustā vt ascēdant sup eam z deuorent omnē herbā que residua est grandini. De muscis vero Exo. viij. habetur. Uenit musca grandis in domo Pharaonis tē. Locusta fm glosaz sup illud. Exo. x. dicitur quasi longa hasta: qz habet longiora crura retro q̄ ante. Et fm Jsidō. xij. ethi. est animal paruum nocriū habens dentez z plus q̄ cetera animalia frugib; nocet. Jtem fm Hieronymū sup primum capitulū Jobelis. Hmōi volatilis sunt tria nomina successiue secundū etatem. Nam fetus locuste anteq̄ habeat alas vocaꝫ bruchus: cum incipit volare vocatur accelabus: cū plene volat vocaꝫ locusta. De locusta loquens Basilius in exameron dicit. Locusta dicit quasi loco stare faciens: quia cum iter arripienti occurrit: malum est z siniſtrū; sicut bufo dextrum p̄tendit. Uel dicitur locusta: quia nunc saltum dat: nunc loco stat: vel quia per modicum tempus stat in vno loco. Chryso. sup Matheum sic ait Locuste sunt volatilia munda quidem sed parua: z non satis in altum volantia que manducauit Johannes in deserto. Arnolpbꝰ etiam quidam exposito; sic ait. Minimum genꝰ locustarum in deserto iudee quo pastus est Johannes vsq; hodie apparet: z habet corpusculuz i modum digiti manus: mēbris exilibus z brcuibus: in herbis faciliter capitur. Hec ille. Talib⁹ ergo locustis z muscis exterminabaⁿ ẽ egypt ij in contē ptum z derisionem z non per leones vel vrsos vel fortia animalia: qz digni erant p̄pter eorum idolatriam a talibus exterminari. ¶ Circa illam clausulam. signum habentes salutis Notanduz q̄ deus humano generi multa signa ostendit. benuolentie: reminiscentie: p̄ouidentie z patientie. Signa benuolentie sunt oīs creature facte z create ad seruiendū homini. Est enim signum qđ vnū offert sensui z aliud intellectui: z ideo omnis creatura sensibilis sei ipsam offert sensui z deum repre/sentat intellectui boni viatoris. Nemo potest hec signa facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo. Johannis. iij. Signa reminiscentie sunt septem sacramenta ecclesie per que reducimur ad memoriam passionis dominice. Hebre. ij. Salus nostra firmata est contestante deo signis z portentis z variis virtutibus: z spiritussancti distributionibus. Signa p̄uidentie dabat ante suuz aduentum: ne omnino veniat peccatorib⁹ improuisus: z hoc est signum magne curialitatis diuine: nullus enim q̄ aliquid facit qđ vellet occultari: approbat aduentum hominis improuisum: sed peccator quilibet faceret qđ vellet: si posset occultari z ideo deꝰ mundo pleno peccatis venturus premittit signa quedam notabilia per que homines contra ipsius aduentuz sibi p̄uideant z disponant. De istis signis dicit Luce. xxj. cap̄. Erunt signa in sole z luna et stellis: Dicit Uegetius de re militari libro. iij. capi. v. Tria inquit genera constat esse signoruz pro negocijs belli. videlicet vocalia semiuocalia: z muta. Uocalia dicuntur que humana voce p̄ferun tur: sicut duces p̄eordinant aliquod certum verbum: quo in conflictu vruntur: sicut deus nobiscū vel triumphus imperatoris: vel aliqđ consimile. Signa semiuocalia sunt que fiunt per tubam cornu vel buccinam. Signa muta sunt vexilla: aquila draconēs: z circa ista signa ponebatur medietas donatiui omnium militū euntium ad bellum propter duas rationes: vna fuit ratio ne si ea habuissent in custodia p̄pria in friuolis expēderent: vnde ad vtilitatem eorū p̄ouisum fuit q̄ sufficienter sustentabantur de annona cōmuni. Alia ratio fuit vt per hoc animosius z fortiꝰ sequerētur signa sua z ea nullo modo relinquerent erquo peculiū suum castrense ibidem scirent consistere: sed potiꝰ ea defenderent quantum possent. ista tria signorum genera faciet christus in aduentu suo secūdo. Nam signa vocalia erunt in illa disceptatione: sicut dicitur Matth. xxv. Esurui z non dedistis mihi manducare tē. Signa semiuocalia: quia tuba p̄cedet: z de istis simul dicit Apostolꝰ. j. Thes sal. iiij. Dominus in iussu z in voce archangeli z in tuba dei descēdet de celo. Signa vero muta erūt instrumenta passionis christi z ipsum corpus dominicum vulneribus insignitum. Dan. vj. Ipse ē

saluator z liberator faciens signa z pdigia in celo et in terra. Signa patiētie dat nobis diu expectā/do nos ad veniaz vt redeamus ad gratiā. Ephe. iiij. Nolite cōtristare spīm sanctuz dei in quo signati estis in die redemptionis.

Lectio. CLXXVIII

f **Filios autē tuos nec** draconum nec venatorū vicerunt dentes: misericordia enim tua aduenies saluabat illos. In memoriam sermonū tuorum et terminabantur z velociter sanabant ne in altā incidentes obliuionem: nō possent tuo vti adiutorio. Etenim neq; herba: nec malagma sanauit eos: sz tuus domine sermo qui sanat oīa. Explicata tribulatione egyptijs illata p minutas bestias q/bus sine remedio eranimabantur: redit ad correptionem filiorū israel in deserto: a qua cum mirabili adiutorio liberabant. Et circa hoc tria facit. Nā primo ostendit huius remedij causaz supnaturalē. Scōo ponit hui⁹ remedij cām finalē. Et tertio excludit ad hui⁹ remedij efficientiā oēm causam medicinalē. scōa ps ibi. ne in altā. Tertia ibi.

A Etenim neq; herba. Quantū ad primum dicit sic. Filios autem tuos zc. quia fuerunt filij iō debuerunt castigari. Eccī. vij. Filij tibi sunt erudi illos z curua illos a puericia eorū. In cuius figurā dicit Ps. Beatus qui tenebit z allidet parvulos suos ad petram. i. beatus qui castigabit filios suos vel carnales p naturam: vel spirituales p curā et allidēs eos petre. i. christo assuefaciens eos ad opera virtuosa. z alibi dicit. In matutino interficiebam oīes peccatores terre: hoc est statim in iuuentute vitia peccatorū per castigationes condignas amputari: z hoc est caperevulpes paruulas que demoliuntur vineas. Cant. ij. Unde Hieronymus sup epistolaz Ephe. ij. z habetur in cano. dist. xxxvij. legāt. Hely sacerdos pater sanct⁹ fuit sed quia filios non eruduit in omni disciplina et correctione: supinus cecidit z mortu⁹ est. Filios autem tuos nec draconum nec venatorum vicerunt dentes; quia nec a magnis bestijs in quantitate cuiusmodi sunt dracones: nec a malicijs in qualitate: cuiusmodi sunt serpentes minores domino protegente ledebantur. Draco enim fm Jsidorum veneno caret. xij. ethimol. ca. viij. ita scribit Draco maior cunctorum serpentum siue omniuz animantium super terram. Hunc greci dracontā vocant. Unde z deriuatum est in latinum: vt draco diceretur qui sepe a speluncis extractus fertur in aerem: concitaturq; propter eum aer. Est autē cristatus ore paruo z artis fistulis per quas trahit spiritum z linguam exerit. Uim autem nō in dentibus sed in cauda habet: verbere potius q̄z ictu nocet: innocuius est enim a venenis: z ideo huic ad mortem faciendam venena non erunt necessaria: quia si quē illigauerit occidit. Unde nec elephas tutus est sui corporis magnitudine: nam circa semitas delitescens per quas elephantes solito gradiuntur crura eorū nodis illigat ac suffocatos perimit. Hec Jsido. Fertur autem fm Papi/

am q herba que draconiea dicitur nata sit de sanguine dracōis: et ideo sic vocata: z est draconei coloris: flos vero ei⁹ sicut lingua draconis. Si qs radicem huius herbe sanis confricet manib⁹: serpentes sine periculo prendet: est autē tyriace virtutis si legatur mense Julij. Hec Papias. mirabile est autem si veneno careat draco cum fm autores auram spirando inficiat z flatu mortifero pestes ingerat: sicut patet er narratione Aristotelis libro suo de pprietatibus elementorū: de eo qō cōtigit tempore Philippi in armenia z Solinus de mirabilibus mundi dicit expresse q non in dentibus sed in cauda venenum habeat: nec obstat q eius carnes comedunt ethiopes: sicut dicit Ps. Dedisti eum populo ethyopū escam qō potest esse vel quia venenum excutiunt aliqua arte sicut medici faciunt de serpentibus: vel caudam abscidūt in qua latet venenum. Draconis autē caro vitrei coloris est z infrigidat vescētes eam hinc ē q ethiopes in feruida plaga habitantes carne draconis libenter vescuntur. Mercatores etiam: qō est mirabile dictu: quibusdaz carminibus dracones faciunt mansuetos ad tempus: quibus insidentes freno eos regunt vsq; cum in ethiopiam veniunt vbi eos vendunt. vt dicitur in libro de naturis rerum. Dicit ergo littera. Filios autē tuos nec draconum: nec venatorūz vicerunt dentes: misericordia autem tua aduenies saluauit eos per aspectum serpentū: sicut in lectione precedente dictuz est. Subdit autem causam quare sic affligebantur z ait. In memoria ei sermonū tuorum exterminabantur: z velociter sanabantur ne in altā incidentes obliuionem non possent vti tuo adiutorio. Et dicuntur tria, videlicet causa afflictionis illate: modus medicine collate: z finis salutis eis date. Puniebantur enim in memoriā sermonum tuorum: hoc est ad memoriam z cōmunicationez dei exterminabantur. Aliqui legunt in memoria dictionaliter: quia obliuio diuinorum sermonuz multos duxit in exterminiū. Aliqui legunt eraniabant: aliq exterminabātur z pōt expōi exterminabant. i. grauiter verabant. Mod⁹ medicine collate subiūgit cū dr. Et velociter sanabant. Finis vo salutis eis date fuit remotio desperationis. vnde subdit. Ne in altam incidentes obliuionē in altaz id est in profundam vt non possent tuo vti adiutorio desperatione pueniente cogitationez. Ultimo excludit ab illo remedio causam naturalem z dicit sic. Etenim nec herba: nec malagma sanauit eos: sed tu⁹ domine sermo qui sanat oīa. Malagma idez est qō emplastrum: z dicitur a malaxo as: qō est malū laxare z comprimere herbas coctas cum oleo vel butiro in aliquo genere gūmi. vel aliquas species cōmiscere pro emplastro: et nihil tale sanauit eos; sed sermo dei quo precepit serpentem eneum fieri z poni pro signo. Numeri. xxj

Circa illam clausulam. Tuus sermo domine sanat oīa. Notanduz est q sermo dei deuote cōceptus sanat oīes infirmitates mortales vl' morales virtute diuina. de quo Ps. Qui propitiat/ om. in. tu. q sa. o. in. tuas: z sicut medicina nō subi

B

to sanitatis effectum inducit: sed per processus tẽporis ꝛ cum mora: ita verbum auditum aliquotiens auditorem subito nõ conuertit: sed cum forte in anima eius quieuit per .xx. annos. tũc primo incipit operari: habet autem anima multas infirmitates que ad .vij. capitales radicaliter reducuntur: ꝛ et per septem corporeas infirmitates figurantur. Nam superbia frenesi comparatur. patit enim freneticus mentis alienationem qua nec bene iudicat de seipso nec de alijs: imo seipsum iudicat quanto infirmiorem tanto valentiorẽ. Eodem modo superbus oĩes contemnit ꝛ damnat: et se solum sufficientẽ reputat ꝛ sibi plus q̃z habet semper arrogat. Istam mentis alienationem patiebatur merito pro sua superbia rex nabuchodonosor de quo Dañ. iiij. qui dixit deambulans in aula sua. Nonne hec est babylon magna quã ego edificaui in domũ regis in robore fortitudinis mee et gloria decoris mei. Et statim virtute dei electus est ab hominibus ꝛ cuz feris vixit ꝛ passus est mẽtis alienationẽ ꝛ videbatur sibi q̃ esset bos in anterioribus: ꝛ in posterioribus leo: ꝛ post septẽ mẽses restitutus est ad preces Danielis ad sensum. licet non statim ad regnum. ꝛ tunc legitur sic dixisse. Omnes vie dei iudicia ꝛ gradientes in supbia potest humiliare. Dañ. iiij. Cura vero frenesis in principio est euacuatio sanguinis et aliorum superfluorum que ad cerebrum ascendentes perturbant vsum rationis. Et eodem modo verbum vĩ sermo dei ostendens nos vacuos esse ab omni bono quantum ad nos attinet ꝛ a deo habere quicquid boni fecerim⁹: ꝛ q̃z diu in frenesi superbie detinemur ta nobis sanitatem mẽtis recuperare nõ valemus. Juxta illud Eccĩ. iij. Synagoge superborum nõ est sanitas: ꝛ certe ideo oportet nos sanguinez superbie emittere ꝛ effundere superfluos humores rerum temporalium ꝛ cum vera humilitate ꝛ firma fide currere ad deum. De quo dicitur Luce. vj. Omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat ꝛ sanabat omnes.

Scõa infirmitas spiritualis est ira: ꝛ hec comparatur febri acute: eo q̃ habens eam patitur calorem continuum ꝛ sitim magnam ẽm Constantinum lib. vij. viati. capĩ. de cersi. vel causon. Et isto modo est de homine iracundo qui statim ad qõlibet verbum calorem colere sue ostendit gestu verbis ꝛ vultu: habet etiam sitim magnam semetipsum vindicandi: ꝛ talis oĩ die incendit omnes vicinos suos pro nihilo. Hanc infirmitatem patiebatur Herodes quãdo videbat q̃ illusus a magꝫ esset: iratus est valde: ꝛ mittens occidit oĩes pueros qui erant in bethleem ꝛ in omnibus finibus eius. Ecce precessit calor nimius ꝛ secuta est sitis irrationabilis vltionis. Istam infirmitatem curat sermo diuinus predicando de diuina dulcedine ꝛ pietate dei. In cuius figuraz legimus Marci. vj. q̃ discipuli vngebant multos oleo ꝛ sanabãtur. Tertia infirmitas est inuidia ꝛ comparatur febri seu febricitãti. Febricitans nãq̃z mõ calescit: modo frigescit: eodem modo inuidus: modo gaudet de aduersitate bonorum: modo dolet de corum prosperitate. Istam infirmitatem patiebatur. Saul. j. Regũ. xviij. quando iuuenculas audiuit canere de Dauid. ꝛ ait. Mihi dederunt mille: ꝛ dauid decem milia. Ista infirmitas putrefacit interiora hominis: et cura eius est sermo diuinus persuadens amicitiam ꝛ gratitudinem: quia sicut inuidia est putredo anime: ita amicitia est eĩ⁹ sanitas. Prouerbio. xiiij. Vita carnium sanitas cordis putredo ossium inuidia. Quarta infirmitas spiritualis est accidia que comparatur paralysi: que est membrorum dissolutio ꝛ debilitatio: ita q̃ motum debitum perficere non possunt patientes eam. Istam infirmitatem patiebatur figurative loquendo ille qui .xxxviij. annis iacuit ante piscinam salutiferam ꝛ nũq̃z descẽdit in eam vt sanaretur. Johã. v. ꝛ significat inueteratos dierũ malorum qui continue iacent iuxta sacramentuz cõfessionis ꝛ penitentie: ꝛ nũq̃z curant intrare donec debeant mori. Jsta infirmitas sanatur per valde calida: q̃ si ex vna parte consideraꝫ calor pene gebennalis: ꝛ ex alia parte calor charitatis christi excitantis ad operatiões virtutis: statim de tanta accidia poterit habere curam. Iere. iij. Conuertimini filij reuertentes ꝛ sanabo infirmitates vestras. Quinta infirmitas spiritualis est auaricia ꝛ comparatur hydropisi ẽm Bedam. cui⁹ p̃prietas est: quanto magis bibit: tanto plus sitit. Et eodem modo auarus nũq̃z dicit sufficit: hanc infirmitatem patiebatur diues ille qui dixit. Luce. xij. Destruã horrea mea ꝛ faciã maiora et illuc congregabo omnia que nata sũt mihi. Istam infirmitatem sanat sermo diuinus: psuadẽs elemosynam et opera pietatis. Esaie. lviij. Frange esurienti panem tuum: ꝛ egenos vagosq̃z induc in domum tuam: ꝛ sequitur. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum ꝛ sanitas tua citius orietur. Sexta infirmitas spiritualis est gula ꝛ ebrietas: subuertens iudicium rationis ꝛ comparatur epilẽsie que facit hominem cadere corporaliter: spiritualiter autem ꝛ moraliter ad omnia genera peccatorum cum sit ingressus ꝛ ianua omnium vitiorum Istam infirmitatem patiebatur diues epulo. Luce. xvj. qui induebatur purpura ꝛ byssо ꝛ epulabatur quotidie splendide. Loth etiã inebriatus vtrãq̃z filiã cognouit. Gñ. xix Qz hec ẽ infirmitas q̃ nũq̃z sola venit. Hac sanat sermo diuinus persuadẽs abstinentiam rationabilẽ. Eccĩ. xxxj. Sanitas ẽ mentis ꝛ corporis sobrius potus. Septima infirmitas est luxuria: ꝛ comparatur lepre: eo q̃ generatur ex calore corrupto ꝛ decordinato. Et istaz infirmitatẽ patiebatur Salomõ qui habuit vxores reginas quasi septingentas: ꝛ concubinas trecentas: ꝛ cum iam senex esset deprauatum est cor eius per mulieres. iij. Reg. xj. Hec est infirmitas cõtagiosa ꝛ abhominabilis. Una nanq̃z personalis centum potest inficere: ꝛ hãc sanat sermo dei persuadens homini honestam societatem ꝛ penitentie seueritatem: ꝛ deuote orationis instantiam Hec ẽm omnia ad curam hui⁹ infirmitatis exigũtur. In cuius figura: maria lepra pcussa p̃ septez dies fuit exclusa a castris ꝛ non nisi ad orationem

Moysi sanata. Numeri. xij dicēte Moyse ad dominum. Deus obsecro, sana eam. Sic ergo sermo dei sanat omnia. In cuius figura dicitur Luē. ix. q̄ christus conuocatis duodecim discipulis misit eos predicare regnum dei: z sanare infirmos.

Lectio CLXXIX.

t **Des domine qui vite z mortis habes potestatē: z educis ad portas mortis z reducis: homo autem occidit per maliciā suam: z cum exierit spirit⁹ non reuertetur nec reuocabit animā que recepta est sed tuam manū fugere impossibile est Postq̄ spiritussanctus declarauit diuersitatem inter punitiones duas quarū vna est: q̄ exterminauit egyptios: z altera q̄ puniuit hebreos: ꝺa declarauit quomodo miraculose ꝓuidit hebreis de remedio quo sanarent in deserto: videlicz de serpente eneo In ista parte istorum miraculorum omniū deo attribuit auctoritatem. Et circa hoc tria facit. Nam primo deo attribuit puniendi omnimodā potestatem. Secūdo attribuit homini delinquendi spontaneam fatuitatem. Tertio ab homīe excludit impune euadēdi liberam facultatem. Secūda pars ibi. Homo autē occidit. tertia ibi. Sed tuam manum. Circa primum duo facit. Unum est q̄ deus habet potestatem vite z mortis quia in ipso est potestas vitam auferendi: conseruandi: z afferendi. Secunduz est q̄ ipse potest homīes deducere per afflictiones intrinsecas vsq̄ ad portas mortis: et iterum ad vitam z salutem reparare: ergo in ipso est omnipotentia puniēdi Porte mortis sunt graues īfirmitates et tribulatiōes per quas homies moziuntur. Ad egredien dū per portas debemus nos semper parare. vnde Sene. epistola. lvj. Uenientem mortē nemo hylaris accipit nisi qui se ad illam diu composuit Hassus ait tam stultum esse qui mortem timeat q̄z qui senectutem. Nam quem admodū senectus adolescentiā sequitur: ita mors senectutem. Uiuere nesciuit: qui mori nō vult: vita cum acceptione mortis data est. Ad hanc itur: quam ideo timere dementis est: quia certa expectantur: dubia meruūtur: quis queri potest in ea conditione se esse in qua nemo non est Prima autem pars equitatis est equalitas. hec Seneca. et vult dicere q̄ iniqu⁹ est qui contra mortē murmurat: cum omnē hominē mori oporteat. Secundo attribuit homini spontaneam fatuitatē delinquēdi. Et circa hoc tria facit. Primo dicit q̄ homo si hūpsi infligit triplicem mortē: videlicet culpe: nature: z gehenne. Quantū ad mortē culpe dicit. Homo autē occidit per maliciā animā suam: quantuz ad mortē nature dicit. Cum exierit spiritus in die mortis nō reuertet ad presentē vitaz naturaliter. q̄tum ad mortē gehēne subdit: nec reuocabit animam: q̄ recepta est supple in inferno. Job. vij. Sicut cōsumitur nubes et ptransit: sic qui descendit ad inferos nō ascendet. Tertio excludit ab homine impune euadendi liberam facultatem. Et quā tum ad hoc subinferr. Sed manū tuā effugere im**

CLXXIX

possibile est: ꝺa sicut nec celum effugere potes: sic etiam nec manū dei: nam si ad occidentē ieris ab oriente fugiendo: celum super te extensuz est: si ab aquilone ad austrum semper a celo cōtineris sicut auis in caueaz effugere non potes. Eodem modo si fugis deuz placatū: accedis ad deum iratū. quocunq; verteris semper in manu dei eris: vel puniē te pro delicto: vel premiante pro merito: vnde bene poeta dixit. Quo fugis Eucbalide quascūq; accesseris oras. Sub ioue semp eris. An nescis longas regibus esse manus Homo quidē occidit per maliciā. Nota q̄ multa mala facit malicia. Est B **enim recte rationis subuersiua: humane cōuersationis turbatiua: z in propriū auctorē reflexiua. Sciendū etiā q̄ malicia radicata facit hominē male eligere: z corrumpit bonam estimationē z verā de rebus sicut dicit Aristo. vij. ethi. Hec est ratio quare malicioſi cuz sint inter mille prudentes frequenter fallūtur vt ceci. Sap. ij. Excecauit eos malicia eorum. vnde Chryſ. super. ij. ca. Math. ostēdit quomodo malicia herodis fecit eū esse stultum quādo nitebatur occidere christuz: z dicit sic. Considera hic stulticiā mixtam dolo tyrannitaut enim herodes credidit scripturis aut nō. Si non credidit: q̄d interrogabat scripturas: quas credidit vaniloquas. Si credidit estimans ꝓphetiam etiam immobilem: quomodo ergo sperabat illum regem posse interficere quē futuruz dicebant scripture. Nam si ꝓphetie credidit planum erat ipsuz aduersus impossibilia conari. Si nō credidit: tūc nec sibi timere debuit nec puero insidiari. respondet Chryſ. Anīa semel malignitate capta stultioz cunctis efficitur. Tale em̄ est vitium malignitatis vt a nullo plerunq; impulsa seipsaz precipitet: z sepe absq; effectu operis erumnosa: impossibilia conatur efficere. hec Chryſ. Quāuis aūt in vtroq; sexu multa sit malicia: callidioz tamē z cōmunioz in sexu femineo reperitur. Juxta illud Eccī. xxv. Breuis est omnis malicia super maliciā mulieris sors peccatoruz cadet super illam. vnde in eodem capitulo pauloante cōparat eam trib⁹ bestijs multum noquis: z tamē dicit eam in malicia omnes excellere. Cōparat eam colubro: leoni: z draconi. De colubro dicit sic. Non est caput nequius super caput colubri: z nō est ira super iram mulieris De leone z dracone dicit sic. Commorari leoni z draconi placebit: q̄ habitare cū muliere nequā: z subintellige magis. Comparatur ergo colubro quadruplici ratione. Nam coluber dicit quasi colens vmbras: z mulier vmbras plus diligit q̄ lucem. Secūdo coluber totum venenum habet in capite z mulier ornatum precipuū in velis: coronis gemmis z vnguentis in capite suo portat vt oculos intuentiū valeat intoxicare. Tertio coluber totū venenum suū colligit in fauces vt per eos effundat: z mala mulier os z fauces totam maliciam suam mētiendo cōtendendo detrahēdo effundit. Quarto coluber sibilat vt noceat: mala mulier cantando: adulando mirabiliter multos fallit. vnde Augusti. de singularitate cle. ca. viij. Hoc Venenosi⁹ est super cuncta quod psallere delectatur cuius cā**

tu est tolerabilius audire basiliscum sibilantem.

Secūdo comparatur leoni ꝓpter tria ꝓpter iracū diam: qz sicut leo sine vindicta placari non potest: sic nec mulier. Eccli. xxv. Nō est ira sup iram mulieris. Secūdo si leonis ossa adinuicē collidantur causant ignē eodē mōdo mulierū ꝟba ⁊ fabulationes ⁊ colloquia: q̄tumcūq; videantur seriosa ⁊ solida: ignem voluptatis accendūt. Tertio leonis cautela est q̄ cauda sua vestigia sua tegit: et hoc ē mulierū ꝓpriū crimina sua excusationibus suis et mendacijs operire. ⁊ ideo signāter dicitur Eccli. xlvij. In medio mulieruz nolite cōmorari de vestimentis em̄ ꝓcedit tinea ⁊ a muliere iniquitas viri In antiquis vestibus ⁊ in nouis similiter nascunt tinee ꝓpter malā custodiā: ⁊ certe in antiquissimis vetulis nutritur adhuc tinea libidinis ad litterā. Prima iniquitas viri a muliere ꝓcessit qō in multis bonis viris cōmuniter cuenit. Exēplū de sampsone ⁊ dalida. Judicum. xvij. Dauid ⁊ bersabee. ij Regū. xj. Et in multis alijs quoꝝ nō est numer⁹.

L Tertio cōparatur mala mlier draconi ꝓpter quatuor. Draco habet os paruū inficit aerem: incedit cristatus ⁊ spāliter elephanti insidiatur. Et eodez modo mulier neq̄ os habet paruū per verborum ⁊ vultus simplicitatem in ꝓncipio: q̄tumcūq; etiā si cōmestatrix ⁊ gulosa simulat se in aula tanq̄ appetitu careat. Secūdo inficit aerem aspectu suo sicut basiliscus qui solo visu interficit hominē qui non solum cum videt sed etiam cum videtur occidit hominem. Ad litteram mulier mēstruata aspectu suo inficit speculum ſm Aristo. ij. de som. ⁊ vig. et facit in eo maculam. Eodem modo mulier mala virū q̄tumcūq; sit speculum omniū scientiā repzesentās inficit ⁊ maculat si mulierum consorcio se immiscet vt patet de salomone Eccli. xlvij. Inclinasti femora tua mulieribus. Tertio draco incedit cristatus: ⁊ iste cristas habent in capitib⁹ coronis ⁊ gemmis ⁊ varijs ornamentis distinctas.

Quarto elephanti insidiatur. Elephas enim est animal castissimū et tm̄ semel gignit ſm Aristo. v. ⁊. viij. de animalibus: ⁊ cum femina fuerit impzegnata mas ei non appzopinquat. Isti animali draco insidiatur et pedes eius sua cauda constringit ⁊ occidit. Moraliter q̄tumcūq; homo sit castus: si mulierum malam familiaritatem diligat ꝓstringit pedes affectionis sue et occidit. vnde Aug⁹. de singularitate cle. ca. viij. Semel dixerim omne inconueniens: societas mulierum gluten est delicatum ⁊ viscus toxicatus quo diabolus aucupatur Et sic pensatis predictis de mulierum sola malicia possz exponi: quia homo supple per maliciam mulieris eis illicite cōmunicando occidit animam suam. vnde versus. Femina corpus opes animaz vim lumina vocem. Polluit annihilat necat eripit orbat acerbat: redde singula singulis. Secū-

D do ꝓncipaliter malicia est humane conuersatiōis turbatiua. Persona enim maliciosa nunq̄ cessat machinare malum: etiam sub specie sanctitatis et iusticie. vnde Hugo lib. j. de anima. Loquit apud se maligne cogitādo vsq̄quo illum tolero. Consentire me ei comprobor si eum non corripio. Consentiens autem in eum: deum offendo. Corripiaz ergo ne deum offendam: nihil ꝓ mea: sed pro dei iniuria vlciscendo totum facio: immo si illum sibi restituam. Proximū enim corripere ⁊ eum castigare: hoc non est proximo nocere: sed prodesse velle: sic sepe apud se loquitur maligna cogitādo. Excecauit enim euz malicia sua. hec Hugo. Nec em̄ malicia habet currum suum: sicut docet Bernar. super Can. quattuor rotis consistentem: que sunt seuicia: impatientia: audacia: ⁊ impudentia. Valde enim velox est currus iste ad effundendum sanguinem: qui nec innocentia sistitur: nec patientia retardatur: nec timore seruatur: nec pudore inhibetur. Trahitur autem a duobus equis ad omnem perniciem: qui sunt terrena potentia: ⁊ seculi pompa. Porro president bis duobus equis aurige duo videlz tumor ⁊ liuor. Tumor quidem pōpam: liuor potentiam regit ⁊ suū ascēsorem ducūt ad infernū. vnde Eccl's. ix. Corda filiorum hominū implentur malicia et contemptu in vita sua: et post hec ad inferos deducentur. Tertio malicia est in auctorem proprium reflexiua. vnde Seneca epistola. lxxxij. ſm cōmunes libros ostendit: q̄ venenum malicie peius est q̄z venenuz serpentis: quia licet venenum serpentis mortiferum sit: alteri tamen serpenti non nocet: sed venenum malicie primo ⁊ principaliter nocet habenti: vnde dicit sic. Malicia ipsam maximam partem veneni sui bibit. Illud venenū quod serpentes in alienam perniciem proferunt sine sua continent: non est huic simile hoc habentibus pessimū. hec Seneca. vnde Gregorius. xij. moral'. Mens praua semper in laboribus ē: quia aut molitur mala que inferat: vel metuit ne sibi ab alijs inferatur ⁊ quicquid cōtra proximū excogitat hoc cōtra se a proximis formidat. hec Greg⁹. ideo signanter Iere. ij. dicit. Arguet te malicia tua. ⁊ Iere. iiij. Laua a malicia cor tuū hierusalem vt salua fias.

Lectio. CLXXX.

Egantes enim nosse

n te impij per fortitudinē brachij tui flagellati sunt nouis aquis ⁊ grandinib⁹ ⁊ pluuijs ꝓsecutionem passi sunt ⁊ per ignem consumpti. Qō em̄ mirabile in aquis erat: que oīa extinguit plus ignis valebit. Under etem̄ est orbis iustoruz. Postq̄ spiritussanctus declarauit quō diuersimode flagellati fuerunt egyptij ⁊ bebrei ꝓ bestias ⁊ aialia: quia egyptij ad exterminationē bebrei vero ad castigationem. In hac parte ꝓsequēter ostendit quomō diuersimode flagellati fuerūt egyptij ⁊ filij israel ꝓ oppositum consolati et hoc ꝓres insensatas ⁊ elemēta. Et circa hoc duo facit. Nam ꝓmo agit de egyptijs ꝓ terribili flagellatione. Secūdo de bebreorum admirabili consolatione: secūda pars ibi. Pro quibus angelorum. Circa primū q̄nq̄ facit. Primo assignat illius flagellationis cām principalem. Secūdo causam instrumentalem. Tertio eiusdem instrumēti actiuitatē supnaturalē. Quarto eiusdē actiuitatis congruitatē. Quito asserit instrumētalis actiuitatis

temporalem diuersitatē: secūda pars ibi. Nouis aquis ꝛ grādinibus: tertia pars ibi. Qō ēm mirabile: quarta ibi. Uinder ēm: q̄nta ibi. Quodā ēm. Circa primū dicit. Negātes ēm ꝛc. Ubi tāgit causam principalem istius flagellationis: et est culpa ignorantie. Negantes ēm te nosse impiū. Exod. v. dicit pharao. Nescio dōm: ꝛ israel non dimittam. Secūdo tangit penam per fortitudinē brachij tui flagellari sunt vt qui nolunt deum noscere in pace saltem cōfiteantur eum in tribulatione sicut pharao fecit. Exodi. ix. Justus dūs ego autem ꝛ pp̄l's meus impius, vnde Greg⁹. Oculos quos culpa claudit pena aperit. Causam aūt instrumentalez flagellationis egyptioꝝ exp̄mit consequēter cū dicat. Nouis aquis ꝛ grādinibus ꝛ pluuijs p̄secutionem passi sunt ꝛ ꝓsumpti. de ista flagellatione narratur Exo. ix. Quia septima plaga qua dūs p̄cussit egyptum fuit talis: Dominꝰ pluit de celo grandinem maximā cōmixtam igni cum fulgure ꝛ tonitruo ꝛ occidit boues ꝛ iumenta quotquot in agro reperiebātur. Illi aūtē egyptij qui dominū timuerūt se ꝛ iumēta sua receperūt infra domos q̄ fuerunt p̄moniti a moyse quo tempore caderet grando et illi nihil mali patiebantur: sed illi reprobi q̄ cōminationes dei non timuerūt: sed cum iumentis in agro reperti sunt generaliter interierunt. Tantum in terra iessen vbi habitabant filij israel nō cecidit grando talis. Fuit ergo mirabile ꝛ contra naturam q̄ iste impressiones simul fiebant: fulgura ꝛ grando: pluuie et tonitrua: ꝛ q̄ ignis descendēs cum grandine nō liquefecit grandinem: nec aqua ignem. sed ignis mansit in sua caliditate ad cōburendum: ꝛ aqua in sua congelata frigiditate ad cōterendum: de ista ergo mirabili plaga dicit sic. Nouis aquis ꝛ grandinibus ꝛ pluuijs persecutiones passi sunt ꝛ igne ꝓsumpti. Illi videlicet q̄ extra domos fuerūt. Et dicit nouis aquis q̄ in terra egypti naturaliter pluuie non descendunt: sed nylus qui pro tempore excrescens terram irrigare cōsueuit: ꝛ ideo fuit eis ista plaga mirabilis: sed multo magis fuit mirabile q̄ duo cōtraria fuerūt iuxta seinuicem approximata: ꝛ q̄ neutrum eorum egit in aliud: ꝛ hoc est qō subdit. Qō enim mirabile erat in aqua que omnia ardētia extinguit: plus ignis valebat. Quarto assignat huiꝰ miraculi congruitatem: ꝛ dicit. Uinder est enim orbis iustoꝝ: id est ignis aqua ꝛ ois creatura erexit se in vindictā impiorum propter informationem iustorum. Circa istam clausulam. Uinder est enim orbis iustorum Notandum q̄ de triplici vindicta legimus in scriptura. Una nobis indicitur: sicut per nos exercēda. Alia nobis interdicitur tanq̄ precauenda. Et tertia nobis predicitur sicut p̄uidenda. Prima ē vindicta penitentie temporalis. Secūda est vindicta maliuolentie mūdialis. Tertia est vindicta diuine sententie generalis. Prima ergo vindicta est vltio penitentie tēporalis: quā quilibet debet accipere ō seipso. Si puer deberet v̄berari: mallet ab amico verberari q̄ ab hoste: ꝛ quilibet nostrū meretur pro peccato verberari: quia seruus sciens voluntatem dñi sui ꝛ non faciens vapulabit plagis multis. Luc. xij. Ergo oportet q̄ vapulemus hic vel in purgatorio vel in inferno. Si in purgatorio vel in inferno hoc fiet per ministeriuz demonū fm multos. Si vero i p̄nti hoc fiet ab amicis: q̄ vnusquisq̄ maxime est amicus sibijpsi: sicut dicitur. xx. ethi. Hec ergo penitentia est hic a nobis exercēda: sed quō legimus in scriptura veteris testamēti q̄ patres antiqui in suis penitentijs quatuor faciebant: caput radebant: barbam p̄scindebant: saccū induebant ꝛ in cinere sedebant: sicut innuit in glosa. Esa. xxij. Uocabit dūs deus exercituū in die illa ad fletum ad planctū ꝛ ad caluiciū ꝛc. Sic moraliter cōueniens est nos facere penitentes vt primo caput tondeamus: id est mētem: que est caput anime exquisita discussione denudemus recogitātes omnes annos nostros in amaritudine aīe nostre. Esa. xxxviij. Secūdo barbam radamus q̄ noua culam mūde cōfessionis. Tertio saccum induamus per austeritatē satisfactionis. Jone. iij. Rex niniue reiecit vestimenta sua et indutus est sacco. Quarto in cinere sedeamus per memoriam mortificationis corporis nostri qō in cinerem resoluetur. Sap. ij. Extinctus cinis erit corpus nostruz. Iste cinis impedit ne corruus infernalis nidificet in mente nostra. Iste cinis sicut cinis iuniperi conseruat ignem per annum: ita seruabit charitatem per totum tēpus vite nostre. Refert Valeriꝰ lib. iij. ca. vj. de quadam insolentia cuiusdam p̄ncipis romani qui Caius marius dicebat: iste post multos triūphos obtentos semp̄ de cantaro potare solebat. Est autem cātarus quoddam genꝰ vasis cum duabꝰ ansis. Requisitus quare hoc faceret. Respondit quia liberpater post inclytum triumphum quē de asia obtinuerat semp̄ de isto genere vasis bibit qō ille caius imitari decreuit vt inter ipsuz haustū vini victorias suas dei sui victorie cōpararet. Qō ille p̄nceps insolenter fecisse legitur: nos ex deuotōe facere consuenit. Christus vocat penitentiā calicem suū ꝛ spāliter martyriū. Mat. xx. Potestis bibere calicem quē ego bibitur⁹ sum Istum calicem debem⁹ bibere in memoriā victoriarum quas xp̄us tulit de inimicis nostris: ꝛ si nobis delectabile videbit penitere. ō ista vindicta loquitur btūs Augꝰ. de vera ꝛ falsa p̄nia ca. xiij. et habet in canone de p̄nia. di. iij. vbi dicitur. Jtē penitentia est q̄dā dolentis vindicta puniēs in se qō dolet cōmisisse, ꝛ infra. Continue dolendum ē de peccato: qō declarat ipsa deuotionis virtus. Penitere ēm est ipsam p̄niam tenere vt semper peniteat in se vlciscēdo qō cōmisit in peccādo. Et istud allegat magister sententiarū li. iij. di. xiij. De ista eadem vindicta loquit apl's. ij. Cor. vij. Secūdū deum tristari operatur vindictam. Secūda vindicta de qua est intentio in scriptura ē vindicta maliuolentie mundialis quādo homo passus iniuriā neq̄ potest remittere p̄timo: nec vltionem deo cōmittere: sed ipsemet oīno vult semetipsum vindicare: ꝛ istud est iniustum fm iura tam humana q̄ diuina: ꝛ ratio est: q̄ nullus est bonꝰ iudex durante offensa. Similiter nullus potest eē iudex suip̄siꝰ vnde Tulliꝰ in oratione p̄o deiotaro. Nemo fere

B

Vindicta

L

est qui sui periculi iudex nō sibi se equiorem q̄z reo prebeat. Hinc xp̄us iacobum z iohānem increpauit dure satis. Luce. ix. quando ignem de celo petiuisse volebant in vltionem iniurie: quia samaritani xp̄m recipere nolebant: in quo nobis datur intelligi q̄ nō semp in eos q̄ peccāt exercenda est vindicta sicut notatur. xxiiij. q. iiij. q̄ autem vindicta. Ratio aūt quare in iniuria nemo bene iudicat: p̄z per exemplum quādo nubes interponuntur inter solem z oculum nostrū: ex motu siue tremore causato in nube media apparet nobis sol tremere: dicunt simplices solem trepidare z causa huius deceptiōis est tremor in medio per q̄ visus fit. Isto modo moraliter quando homo considerat iniuriam sibi illatam durante offensa siue rancore et insensualitate ꝑsiderat iusticiam suā per medium nebulosum: tunc necessario errat in iudicādo. Hec ergo vindicta est nobis interdicta sub pena grauissima videlicet q̄ si non remiserimus proximo: remissionem nō consequamur. vnde Matthei. xviij. Serue neq̄z omne debitū dimisi tibi quoniā rogasti me. Sic pater meus celestis faciet vobis si nō remiseritis vnusquisq̄z fratri suo de cordibus vestris. vnde remittere iniuriaz z nō petere vindictā magnū gen⁹ elemosyne est: de quo dicit Cesarius āmonitione. ij. Qui captiuos redimere z pauperes pascere z vestire nō prevalet: contra nullum hominē odium in corde reseruet: z inimicis suis non solum malum pro malo nō reddat: sed etiam eos diligat z pro eis orare non desinat: certus de p̄missione z de misericordia dñi vt libera cōscientia aī tribunal dei dicere poterit. Da domine q̄ dedit: dimitte q̄ dimisi. hec ille. Quā perfecte aūt xp̄us iniuriam sibi factā dimisit: notat Bern. sup Can. sermo. lxxxix. Tam liberaliter inquit dominꝰ dimittit iniuriam vt illam nec dānet vlciscendo: nec confundat improperando: nec minus diligat imputando. Et pondera illa tria: quia pauci sunt etiam qui vindictam remittunt: qui duo residua habere possunt: propter hoc signanter dicitur Eccli. xxviij. Qui vindictam vult a deo: inueniet vindictam: z peccata illiꝰ seruans seruabit. z infra. Homo homini seruat iram z a deo querit medelam: in hominem similem sibi non facit misericordiam z pro peccatis suis deprecabitur. Tertia est vindicta iudicialis que nobis predicitur sicut continue previdenda. vnde Greg⁹. omel. xxxix. Presentis tēporis agenda est letitia: vt nunq̄z amaritudo sequentis iudicij recedat a memoria. z Hugo libro suo de animali. j. Quis putas memor erit: que tristicia: cum separabuntur impij a consortio sanctorum z a visione dei: z traditi sunt in potestate demonū z ibūt cum ipsis in ignem eternū: ibiq̄z semper erūt sine fine in luctu z gemitu: vbi erit stridor dentium intolerabilis: fetor incōparabilis: timor horribilis: mors corporis z anime sine spe venie z misericordie: vbi nec qui torquet: nec qui torquetur: aliquando morietur: sed sic morientur vt semper viuant: et sic viuent vt semper moriantur. hec ille. Prouerb. vj. Zelus z ira viri nō parcet in die vindicte: nec acquiescet cuiusq̄z precibus: nec susci

piet p̄z redemptione don z plurima. Et tunc erit vindex orbis terrarum ꝛc̄.

Lectio. CLXXXI.

Sodam enim tēpore mansuetabat ignis ne cōburerētur que ad impios missa erant animalia: sed vt ipsi videntes scirent: quoniā dei iudicio patiebantur persecutionē. Et quodam tempore supra virtutem ignis in qua exardebat vndiq̄z vt iniquā terre nationem exterminaret. Declarata miserabili flagellatione egyptioꝝ per ignem z grandinem. Inista parte agit de mirabili variatione ipsoꝝ flagelloꝝ. Ignis autem nō vniformiter sed multum diffōrmiter iuxta diuinam voluntatez se habuit in augēdo maloꝝ afflictionem. Nam quodam tēpore videbatur suam naturam comburendi z ledendi continere etiam a rebus que de facili combustibiles videbantur z extiterunt: nā iumenta et hoīes repertos in agris combussit: iumentis vero domi detentis pepercit sicut dicit Exodi. ix. vt hoīes quibus ignis pepercit possent videre: q̄ illi iuste patiebantur q̄ in agris remanserūt ꝑtra monitionez dñi cum aīalibus. Alio vero tempore circa iustoꝝ afflictionem ignis supra virtutem suam exardebat in aqua: id est in locis humidis Sodome z Gomorre: vbi humido nō obstante ignis oīa consumpsit. Gen. xix. Ut iniquā terre nationez exterminaret. Sic ergo diuersis tēporibus diuersimode egit ignis vt manifestum esset oībus q̄ non esset operatio nature: sed vindicta diuine iusticie: dicit ergo sic. Quodam vero tēpore mansuetabatur ignis: id est mansuete videbatur in parcendo ne comburerentur que ad impios missa erant aīalia: illa videlicet que de agris missa erant ad impios domi existentes: sed vt ipsi videntes: id est percipientes scirent quonā dei iudicio patiebantur persecutionē. Et quodā tempore in subuersione videlicet Sodome quādo dominus pluit ignem z sulphur de celo in aqua super virtutem ignis exarsit ꝛc̄. vt expositum est. Posset tamen p̄ma particula de mansuetudine ignis exponi z verificari multo euidentius de trib⁹ pueris missis in caminū ignis Anania Azaria z Misabele Dan. iij. vbi ita mirabiliter se habuit q̄ ipsos positos in fornace non lesit: tamen illos qui circūstabant z qui eos in fornacem mittebant conflagrauit. Et vocant isti puert animalia ad impios missa propter eorum simplicitatem z captiuitatē in qua tenebātur: z hec facta sunt vt babylonij videntes scirent quoniā ipsi met dei iudicio patiebantur persecutionē ab igne propter idolatriam suam. Secūda vero pars lectionis exponi potest de plaga septima egyptiorū. videlicet de igne mixto cum grandine: de qua supra dictum est: videlicet de subuersione sodomorum z in hoc solum stat sentētia q̄ ignis vario modo se habuit: aliquando parcendo: aliquando agēdo mirabiliter et contra naturam vt dei obediret volūtati. Circa illam clausulā in aqua supra naturam ignis exardebat. Notandum q̄ mor aliter ignis in aqua est spiritussanctus in muliere sancta

Mulier q̄pat aque ꝓter sex ꝓpetates aque q̄ in bōa mulīere repiūt.

Lectio CLXXXII

ignis nāq; spūs est. Actuū.j. Tanq̄ ignis sedit supra singulos eoꝝ spūssanctus. Mulier naturaliter est sexus fragilis z ideo ceterꝭ paribꝫ amplius cōmēdanda qñ vtuose se gerit. Prouerbioꝝ.xxxj Mulierem fortē q̄s inueniet: procul z de vltimis finibus pciū illius. Est em̄ inuenire in bona mulīere iuxta numerū senarium qui perfectissim⁹ est sex progatiuas cōmendabiles z amabiles. naz in ipsa reperiūtur sine dubio pr̄optitudo clementie: gratitudo beniuolentie: sollicitudo diligentie: magnitudo innocentie: certitudo ꝓfidentie: z britudo complacentie. In cui⁹ figura dixit Lya Gen̄.xxx. Mecū erit marit⁹ me⁹ eo q̄ ego genuerim ei sex filios: hoc est me diligit ois rōnalis creatura. Dicit sexus mulieruz naturaliter eo q̄ in me reperiet sex habit⁹ virtuosos p̄dictos: et iō merito noīe aq̄ poterit designari. In aqua em̄ sex ꝓpietates habētur. Est em̄ i aqua liquiditas sapororosa: luciditas radiosa: fecūditas fructuosa: sinceritas speciosa: soliditas seriosa: z felicitas ministeriosa. Primo ergo in aqua pz liquiditas sapororosa: qz q̄tumcūq; fuerit cōgelata faciliter liquescit: z designat promptitudinē clemētie z pietatis q̄ inest naturaliter mulieri: nā ipa est ꝓsolatiuū primū hūane imbecillitatis: ipsa est nutrimentū humane q̄ritatis: ipsa est medicamentū ois infirmitatis: ipsa est supplementum cuiuscūq; egestatꝭ. Eccli.xxxvj. Ubi non est mulier ingemiscit eger. In signum aūt q̄ in mulīere est ois clemētia naturaliter: filius dei corp⁹ hūane redēptionis totaliter a muliere decreuit accipe qz Eccī.x. Nō ē creata boīb superbia neq; iracūdia natiōi mulieꝝ. Iste igit̄ sexus in q̄ latet ois malitie medium cōuenienter figurat̄ p aquā piscine ꝓbatice p quā sanus fiebat: quicunq; prius in eā descendebat post motionē aqueta quacūq; detinebat̄ infirmitate. Joban.v. Scdo in aqua est luciditas radiosa. Prouer.xxvij. In aquis resplendent vult⁹ ꝓspicientiū: sicut aūt inter creaturas nihil est nobilius nec amabilius ipsa luce: ita nihil reperit̄ gratiosius ipsa ḡtitudine in mulīere: z ideo luciditas radiosa q̄ in aquarū specie ꝓtinetur ḡtitudinē immortalis affectionis z beniuolētie repr̄sentat q̄ in bonis mulieribꝫ semp̄ viget: quāq; em̄ rp̄s quosdam dum hic viuerent viros gratos inuenerit: nunq; tñ tam ꝓstantem gratitudinem in petro z Jacobo vl̄ Johāne repperit: q̄ntam in mulieribꝫ sibi deuotꝭ inuenit. He sunt q̄ eum p patrias p̄dicantem sequebant̄ ministrātes ei de facultatibꝫ suis. Luce.viij. z Marce.xv. He sunt q̄ eum in cruce pendentem fugientibꝫ discipulis comitabant̄. Matb.xxxviij. He sunt q̄ i morte corpori sepulto vnguēta aromatica parauerūt. He sunt q̄ nec tenebrose noctis caligine: nec militū armato ꝓ furiosa seuitia deterrebantur: vt rp̄s de eis dicat illud Boetij. Has autem null⁹ potuit euincere terror: Ne nostrū comites psequerētur iter. Et ideo pre viris ois rp̄s huic sexui primū sue resurrectionis nūciauit triūphum: sciens quoniā sup oēm gratiā est ḡa mulieris. Eccli.xxvj. Gratia sup̄ gratiā in mulīere sancta z pudorata. Iste sunt aque q̄ super celos eē dicūtur: quia mulieres sup̄ aplos dilexerunt. in ps

Quarto recordantes genus nostrū et pre filio rum: seruem⁹ in moribꝫ vtilitatē. Filij enī nr̄i opa nostra sunt. Eccī. xj. Ante mortē ne laudes homi nem quēq̄: quoniā in filijs suis agnoscit vir. i. in opibus pfectis fm glosam ibidē. Apocal'. xx. Ju dicatum est de singlis fm opa eoꝝ. Et Apoc. xiiij. Opera eī illoꝝ sequūtur illos. In istis g̃ filijs ser uemus vtilitatē: vt sint nobis meritorij ad gl̃iam et nō ad penā: qđ est qñ opus nostrū ꝓducit a gra tia diuina z libero arbitrio. Quādo vero ꝓducit a diabolo carne vel mundo z libero arbitrio ē q̄si spurium gen⁹. Et non potest consequi hereditatē celestem. Et ideo ꝓhibetur pōtifici legis veteris sub figura. Leuit. xxj. ꝙ nō commisceat stirpem sui ḡneris vulgo gentis sue: quia ego dominus qui sanctifico eum zc.

Lectio. CCviii.

Anq̄z enim equi de pauerūt eicā: z tanq̄z agni exultauer̄t magnificātes te dn̄e: q̄ liberasti illos. Memores enim adhuc erant eorum que incola tu eorum facta fuerant: quemadmodū ꝑ nationē animalium edurit terra muscas: z pro piscib⁹ eru ctauit fluuius multitudinem ranarū. Nouissime autem viderunt nouam creaturā auium: cum ad ducti concupiscentia postulauerunt escas epula tionis. In allocutione ei desiderij ascendit illis de mari ortigometra. Postq̄z actū est de mirabili hebreorū gubernatione tam in mari rubro q̄z i de serto. In ista parte agitur de inenarrabili exul tatione eorundem in vtroq̄z loco. Et circa h̄ duo fiunt. Nam ꝓmo ostendit quomodo letabantur pro miraculo transitus maris rubri. Scōo osten ditur quō letabantur de deliciosō cōuiuio cuius dam noui cibi z hoc in loco deserti. ibi. Nouissime autez. Circa primū duo facit. Nam primo deseri bitur eorū exultatio ꝑ transitu maris rubri. Se cūdo exaggerat eorū admiratō ex his que viderāt in terra egypti. ibi. Memores eiñ adhuc. Deseri bitur enim eoꝝ exultatio z gaudiū sub figura du plici. vicz equoꝝ z agnorum. Equi enī depascen tes bona pascua z agni in iuuentute tenera lasci uie z letitie multum vacant. Cōueniens enī nutri mentum z etas tenera iuuentutis tam in homib⁹ q̄z i bestijs causare solet letitiā. Et ideo dicitur de hebreis. Tanq̄z enī equi depauerunt. i. sic exulta uerunt sicut equi depascentes bonā escam. Sic ei dicitur de homine exultante z lasciuiente: p̄bēda sua pungit eū. Tanq̄z agni exultauerūt qui p cor poris gesticulationem letitiā cordis ostēdūt. Eo dem modo loquēdi vsus est. Ps̄. describēs letici am filioꝝ israel post trāsitū maris rubri. Mare vidit z fugit zc. z sequit. Montes exultauerunt vt arietes z colles sicut agni ouiū. Saltem mod⁹ loquendi vtriusq̄z scz tam ꝓphete in psalmo q̄z sa pientis in isto loco cōcordat. Exultauerūt. i. gl̃ifica gnificantes te dn̄e. i. te magnificū collaudantes. Exod. xv. Cantem⁹ domino. gloriose enī magni ficatus est: qui liberasti illos tam de Pharaonis potestate q̄z de via maris rubri. Depauerunt id ē audacter z sine pauore se habuerunt sicut equus. Job. xxxix. Exultat audacter z in occursū pgit ar matus: cōtemnit pauorē: nec cedit gladio Con sequenter narrat gaudiū eorum de transitu ma ris rubri. Recordabantur enim tūc temporis cuz viderēt eis cedere aquas maris rubri: quō aque cōtra egyptios pugnauerunt z quasi contra natu ram aquarum illarum egyptios afflixerūt: p̄bentes eis ranas p piscibus. Terra etiaz exhibebat eis muscas p vtilib⁹ animalibus. Et illa recorda tio multum augmentabat letitiā hebreorum quā do ꝑpendebant terrā z aquā inimicis eorum resi stere: et econuerso eis tam benigne fauere. Et h̄ est qđ dicit. Memores enī adhuc erāt que in incola tu eorum dum adhuc accole egypti fuerunt facti quemadmodū ꝑ nationē vtilium animaliū prodū

rit terra muscas. Exo. viij. Venerunt muſce gra uiſſime in omi domo Pharaonis ⁊ ꝓ piscib⁹. i. loco piscium eructauit fluuius in litore multitudinem ranarum. Exod. viij. Ascenderũt rane ⁊ operuerũt terram egypti. A Circa illam clauſulam. Quemadmodũ ꝓ natione animaliũ produxit terra muscas ⁊c. Notandũ est ꝙ moraliter in primitiua eccleſia fuerũt ꝓsone valide ꝓ vite sanctitatem. Unde erãt quasi fortia animalia. Apoc. iiij. Animalia requiẽ nõ habentia die ac nocte dicẽtia Sanctus sanct⁹ sanctus dñs de⁹ oipotẽs: ſz beu modernis tpibus loco fructuosoꝝ animaliũ succeſſerũt muſce volantes ꝓ ſupbiam: fedantes per luxuriam: mordentes ꝓ iracundiam: mugientes per auariciam. Sap. xvi. Illos autẽ muscarum ⁊ locuſtarum occiderunt morſus ⁊ non est inuenta ſanitas anime eoꝝ. Eodem modo in ſancta religione patres ꝑmitiui fuerunt quaſi boues ꝓter maturitatem ſolide ꝙuerſationis: ꝓter mugitum sonore predicationis: ⁊ ꝓter ſciſſam vngulam recte diſcretionis: ac propter cornua debite ꝓtationis. Sed iam loco boum ſucceſſerunt muſce volãtes per diſcurſus ⁊ euagationem: fedantes ꝓ vilem ⁊ ſcandaloſam cõuerſationem: mordentes ꝓ malicioſas detractiones ⁊ mugiẽtes ꝓ ſuſpicioſas impartiones. Conſimiliter quo ad ſcholam. Primo pro piſcibus ſunt modo rane: fuerunt enim antiquitus ſtudentes curioſi rimantes ⁊ ſcrutantes: tam philoſophie ꝙz theologie profunda fluuiorũ more piſcauz perſcrutantes. Job. xij. Volatilia celi indicabant ⁊ narrabant ea piſces maris. Diſtinguit enim magiſter Rodolphus Beluacẽſis tria genera clericoꝝ ſicut narrat Heraldus Cãbren. B in ꝓlogo primi ſpeculi eccl'ie. Sunt enim quidaz ſupſeminati: quidam pannoſi: quidam paſſati et maſſati. Primi pretermiſſo grãmatice fundamẽto ſuperedificant varias facultates ſuperficiales non exiſtentes: ſtatimꝙz immaturi ⁊ imperfecti ad magiſterium feſtinãtes: quibus illud Plinij conuenienter adaptatur. Sũmo ſole ſparſa ſemina ſe longe celerius effundunt: ⁊ mutate ſpicas herbule in manibus ariſtis: ante meſſis tempus flaueſcunt: et ſimulatis olino vacue fructib⁹ emarceſcunt. Secundi de ſingulis ſcientijs aliquid habẽt vbiꝙz peregrini: nuſꝙz manſuri: qui cum nibil exiſtant omia ſe eſſe videntur. Tertij ſunt pauperes: qui litterature ſolidum fundamẽtũ ceterarũꝙz facultatum edificium ꝓſtruũt interdũ inconuulſum. Hec ille. Et tales fuerũt antiquit⁹ piſces. i. ſtudentes. Jã vero loco piſciũ ſurgũt rane garrulãtes: ſaltãtes in luto morãtes ⁊ aquã turbãtes. Garrulantes ꝓ exceſſiua loquacitatẽ: ſaltãtes ꝓ nimie expeditõis velocitatẽ: qz nec plane nec ꝓtinue nec ordinate addiſcunt: ſed anteꝙz ſciũt ꝓtes ſatiũt ad artes: ⁊ inde de libro ad libꝝ ſe mouẽtes: ꝙ vtilia ⁊ difficilia ſunt trãſiliũt: ⁊ ſcholaſticos gradus attingunt. In luto etiã morãtur ꝓ carnis deſideria: ⁊ aquã. i. ſcientiam turbãt ꝓ impropꝫperatis miniſteria. Conſequenter ponit in lra quõ filij iſrael letabãtur in deſerto ꝓ delicioſo ꝙuiuio cuiuſdã noui cibi: qñ vicz ipis deſiderãtibꝫ eſci carnib⁹ dñs dedit eis coturnices ſicut expoſitũ fuit ſupius. c. xvi. Unde dicit ſic Nouiſſime autẽ viderũt nouã creaturã auiuz: nõ de nouo creatã ſed tũc de nouo eis adductã. Dicit ergo nouiſſime: vt diſtinguat triplex tps: vicz tps more in egypto: tẽpus exitus de eadẽ: ⁊ tps ꝓgreſſus in deſertum. Et tũc in hoc nouiſſimo tpe datum fuit eis ꝙuiuiũ iſtud: alioqn appareret falſuz qõ ſcz õr hic nouiſſime: qz ipſi filij iſrael tardi⁹ habuerunt coturnices ꝙz manna. Exod. xvi. Veſpe comedetis carnes ⁊ mane ſaturabimi panib⁹. Sequit. Cum ducti cõcupiſcẽtia poſtulauerũt eſcas epulationis. i. eſcas delectabiles carniũ quib⁹ vſi fuerant in egypto: quoꝝ deſiderio deus ſatiſfecit. In allocutiõe deſiderio ꝓ. i. deſideriũ eoꝝ qõ ẽ qdã allocutio apud deũ: deſcendit illis de mari ortigometra. i. coturnix, de quo ſupra. c. xvj. in principio dictum eſt. Lectio CCIX.

Tverationes pec-

e catoꝝib⁹ ſupuenerũt nõ ſine illis q̃ ante facta erant argumentis ꝓ vim fluminũ. Juſte em̃ patiebãt ſm ſuas nequicias. Et ei deteſtabiliorẽ inboſpitalitatẽ inſtituerũt. Alij quidẽ ignotos nõ recipiebãt aduenas. Alij autez bonos boſpites in ſeruitutẽ redigebãt: nõ ſolũ hoc ſz et alius quidẽ erat reſpect⁹ illoꝝ: qm̃ inuiti recipiebãt extraneos. Qui aũt cũ letitia receperunt hos q̃ eiſdẽ vſi erãt inſtitutis: ſeuiſſimis afflixerũt doloribꝫ: pcuſſi ſũt aũt cecitate ſicut illi in foribꝫ iuſti cũ ſubitaneis coopti eſſent tenebris: vnuſquiſqz oſtij ſui tranſitũ querebat ⁊c. Enarrato patrocinio facto hebreis ⁊ deſignata eoꝝ letitia ⁊ exultatiõe: redit auctor ad explicãdũ de exterminio facto egyptijs: ac eorum malicia ac ꝓuaricatiõe. Et circa h̃ tria facit. Nã ꝓmo ponit eoꝝ penã. Sc̃o explicat pene iuſte cãm. ibi. Juſte enĩ. Et tertio ponit pena eoꝝ nota vel noua. ibi. Percuſſi ſũt. Circa ꝓmũ dicit. Et veratiões. i. punitiões ſupuenerũt pctoribꝫ ſcz egyptijs ꝓ vim fluminũ in mari rubro nõ ſine illis argumẽtis. i. miris ſignis vl' argumẽtatiõib⁹: q̃ ꝓceſſerũt in egypto ad eoꝝ correctiõez Conſequenter explicata pena ſubdit culpa q̃ fuit pene iuſta cauſa: ⁊ dicit ſic. Juſte enĩ patiebant illas veratiões ſiue punitiões ſm ſuas nequicias. Fuit autẽ hec neqcia ſpãliter cõtra piam boſpitalitatem: cõtra quã dupliciter peccauerunt. Quidã hebreos in terra egypti nõ receperũt. Alij vo ipos recepe- A rũt: ſed cum mala volũtate. Alij vo ipſos receperũt: ſz poſtea receptoſ ſeruitute ⁊ alijs doloribꝫ afflixerũt. Alij aũt nõ ſolũ ipos nõ receperũt: immo recipiẽtes ſeuiſſimis doloribꝫ cruciauerunt. Dicit igit ſic. Bene dictũ ẽ ꝙ iuſte puniebãt: et eteni deteſtabiliorẽ inſtituerũt inboſpitalitatẽ ipſi egyptij: quia inboſpitales et crudeles erant nimis. quod pater ſub differentia quadruplici. Naz alij quidez ignoros non recipiebant aduenas qui totaliter erant inhumani. Alij vero ipſos recepe- runt: ſed bonos boſpites in ſeruitutem accipiebant: in luto ⁊ latere ipſos ſeruitute cogẽtes. Exodi ꝓmo. Tertio non ſolum hoc fecerunt: ſed ma- riſſime ipſos cruciauerunt: quia et alius erat re-

De hospitalitate

spectu illoꝝ.i.intentio ipsorum: qz nō solū fecerūt illiberaliter z inhūane in hoc qꝫ vexauerūt bonos hospites seruitute: sz etiā in hoc qꝫ malā habuerūt ad eos voluntatē ꝓpter hoc solū qꝫ fuerūt extranei z ideo dicit. Quoniā inuiti recipiebāt extraneos. Quarto hoc fuit in eis pessimū qꝫ si erant aliqui q̄ cū leticia receperūt peregrinos naturali cōpassione: illi tm̄ qui nō receperūt tales grauissimis doloribus afflixerūt: z ió sb̄dit. Qui aūt cū leticia receperūt hebreos z alios peregrinos hos sz recipiētes qui z eisdē instituti vsū erant sz ꝓpter deū recipiendo extraneos seuissimis afflixerūt doloribꝰ: z est sensus: qꝫ illi qui statuerūt nō recipiēdos hospites esse illi hos q̄ receperūt acriter punierūt. Consequēter ponit cōueniens z ꝓportionata pena istorū: sicut cm̄ sodomite inhospitales angelos in forma hūana a lotb receptos in hospitio: ignominiose tractare volebant: z ideo merito puniti sunt cecitate z tenebris. Ita isti egyptij non hospitalit̄ tractantes hebreos palpabilibꝰ tenebris ꝑ triduū puniti fuerūt sicut supꝫ dictū est ca. xvij. z hoc est qꝫ dicit. Percussi aūt sunt egyptij. videlz cecitate z tenebris. Exodi. x. sicut z illi. i. sodomite quos in detestationē nefandissimi vitij z abhoīabilis noīare nō curat. sicut nec dns de diuite epulone cuiꝰ de nomine subticēdo solū lazarū recitare dignabat. Luce. xvj. sic similiter de ꝑmo in foribꝰ iusti sz lotb cū subitaneis eēnt cooperti tenebris. Gen. xix. Unusq̄sqz trāsitū hospitij sui querebat sz introitū ostij ipsius lotb: nec inuenire poterāt. Gen. xix. Percussi sunt cecitate a minimo vsqz ad maximum: ita vt ostium inuenire nō posset. Circa opus hospitalitatis est notandū qꝫ hospitalitas grata deo quatruoꝝ debz hospitalitas hr̄e ꝯditiones. s. hylaritatem sine murmuratiōe: securitatē sine turbatiōe: saturitatez sine diminutione: z pietatē sine negociatiōe. Primo igit̄ debz hospitalitas hr̄e hylaritatē sine murmuratiōe. j. Pet. iiij. Hospitales inuicē sine murmuratiōe. Hylarem em̄ se ostenderet miles si rex ad suū manerium. i. hospitium declinare dignaret. Sed rex noster xp̄s totiens hospitio nostro recipit quotiens qualiscūqz i eius noie receptat. vñ dic̄ Mat. xxv. Hospes eram z nō collegistis me: z ideo cum magna hylaritate recipiendi sunt hospites. Exēplo abrae. Gen. xviij. Qui cum vidisset tres viros occurrit eis z adorauit in terra. Cōsimiliter lotb. Gen. xix. Et discipuli. Luce vlti. coegerunt christū manere cū eis vbi dicit glosa qꝫ hoc exemplo docemur qꝫ peregrini nō sunt solū ad hospitiū vocādi: sed etiā trahendi. Scō debet hospitalitas habere securitatē sine turbatione. Defendebant em̄ antiquitus hoīes hospites suos sub periculo suo: sicut narrat in Policrato. li. viij. ca. xij. vbi dr qꝫ crimīs incurrebat notā quisquis ꝑ q̄nqz dies hostī. i. peregrino hūanitatis hospitiuz denegabat. Ob equitatē em̄ hospitibꝰ exhibendā hostis antiq tus dicebat quē nūc dicimꝰ peregrinū. Dicitur hostis ab hostire qd̄ est aquare fm papiā. cui q̄ cunqꝫ fuerat inhūanus de iure ātiquo iniquꝰ erat. Qui cūqz vero fuisset eis hūanus z pius: equꝰ et iustꝰ censebat. Exemplū de lotb Gen. xix. Qui ꝑ hospitibus defendendis filias suas obtulit sodomitis q̄uis ex perturbatione animi: nō sano tm̄ vsus cōsilio hec dixisset. Un̄ nec in hoc est imitādus quia nō sunt facienda mala vt eueniāt bona. Hoc tamē ideo dicit qꝫ mos erat fidelium hostes. i. hospites suos ab oī iniuria defensare: sicut magister in hystorijs suis dicit. Tertio debet hospitalitas habere saturitatez sine diminutione: vt omnia necessaria hospiti ministrentur. vnde cum leuita dixisset seni. Judicū. xix. Nulla re indigem⁹ nisi hospitio. Rūdit senex gabonita ego sum: pbebo oīa q̄ necessaria sunt tibi: tātū q̄so in platea ne maneas. Exēplū etiaz ad hūn sunamite habem⁹. iiij. Regū. iiij. que dixit viro suo. Animaduerti qꝫ vir dei sanctꝰ est iste qui trāsit ꝑ nos frequēter: faciam⁹ ergo illi cenaculū paruū z ponam⁹ in eo lectulū z mēsam z sellam z candelabrū vt cum venerit ad nos maneat ibi. Istud est ꝫ nōnullos q̄ seruiunt hospitibꝰ suis pulcbris verbis tm̄: z de peiori potu quē habent in domo ꝓpinant illis. Quarto hospitalitas debet habere pietatē sine negociatiōe vt ꝑ diuino amore nō ꝑ numo vl̄ lucro hospes admittatur: tales em̄ receperūt mercedē suā. ad Heb. xiij. Charitas fraternitatis maneat in vobis: z hospitalitatem nolite obliuisci. Ecōtra q̄ recipit quatruoꝝ in se seruet. s. vt sit ꝓtentꝰ ꝑ acceptatione: sit hospiti gratꝰ ꝑ gr̄arū actionē: caueat in domo dn̄ationem nec nimis veret amicū ꝑ frequētatione. Primo sit ꝓtentꝰ ꝑ acceptationē z gratāter accipiat q̄ ꝙpōtanee ꝓferunt. Hāc charitatē xp̄s docuit discipulos suos. Luce. x. In eadē domo manete edētes z bibentes q̄ apud illos sunt. vñ dicit q̄dam metrice. Cū tibi pbemꝰ leto vultu qō habemꝰ. Qō tibi fit gratis accipe sitq̄ satis. vñ recitat Seneca qꝫ socrates cum hospites suos satis tenui cena suscipere pararet z amicꝰ ei hoc improperaret: rūdit. Si boni sint equanimiter ferent: si mali turbabūtur. Scō sit hospiti suo gratus: sicut narrat Dares phrygius de bello troiano qꝫ Teleph⁹ impediuit sociū suū Achillem: ne regem Teucratem occideret: memor qꝫ cū patre suo hercule olim apud teucratem hospitatꝰ fuisset. item Sene. lib. iiij. de beneficijs narrat qꝫ miles ingratus hospiti stigmatibus insignitur. quere supꝫ in ca. xvj. lectōe. clxxxv. in fine. In libro eccl̄iastice hystorie narratur qꝫ cuz Greg⁹ epūs vrgente xp̄i z ꝓpelle angustia in alpibꝰ in fanū appollinis diuertisset a sacerdote iz ꝓphano ociosissime est receptus. Post cuius digressuz accessit sacerdos ex more poscere ꝙsulta z responsa: sed nulla responsio veniebat. Tunc iterū z iterum sacerdos victimas repetit: nihilomin⁹ semꝑ silentiū permanebat. Cūq̄ sacerdos stupore estuaret: in somnis demon assistit dixit se nihil posse. Percūctanti causam ait. Per aduētum gregorij esse expulsum: et cum perquireret sacerdos quid tunc remedij daretur ait. Non aliter sibi ingredi licere nisi gregorius admitteret. Quibus audit⁹ sacerdos secutus est beatum gregoriū ad eūq̄ ꝓueniens rem pandit et ordine humanitatis sue z hospitalitatis eū admonuit: q̄relaz expulsi nūmis exposuit: adempt̄ facultatem sui questus deplo-

Loth no bñ
exponedo fil
as sodomit

rat ac reddi sibi oia ad pstinū statū depoſcit. Scripſit Greg. epl'am in hec ẏba dicēs. Grego. Appolini. Permitto te redire ad locū tuū z agere q̄ conſueuiſti. Quā cū ſacerdos poſuiſſet iuxta ſimulachrū: affuit demō reſpōſa dicti poſcenti: qđ iſte admirans z dicēs penes ſe q̄ Greg⁹. maior erat iſto clauſ ianuis phani adijt gregoriū z proſtrauit ſe ad pedes ei⁹ rogās vt illi ſe deo offerat cui⁹ virtute greg⁹ dēs gentiū impabat. Qui cū inſtetiſſet catheccumin⁹ fact⁹ eſt ab ipſo: z poſtea baptiſmū cōſecut⁹ intantū vite merito ac fidei ẏrute pfecit vt ipe bto gregorio in epatu ſucceſſerit. Laudāda ē g̃ hoſpitalitas ſacerdotī infidelis: veneranda ſctitas pōtificis mirifica: z pietas ſaluatoris ſacerdotē iuſtificātis cōmendāda. Tertio caueat hoſpes nimiā dñationem in domo vl' familię ſui hoſpitī. q̄nimo dño domus obtpare ſtudeat diligēter. Eſt em̄ nimis reprehenſibile ſi ordinationē dñi dom⁹ hoſpes pſumeret reprobare: cū teneat ea oia obſeruare que dñs dom⁹ ordinauit. iuxta illud metricū. Cū facī in greſſum ſtudeas ſic eē modeſt⁹. Ut poſt deceſſū de te ſit rumor honeſt⁹. Quarto caueat nimiā frequētationē. iuxta illud Prouer. xxv. Subtrahe pedē de domo ꝓximi tui ne forte ſatiat⁹ oderit te. Et eodē mō ꝓpter eandē cām caueat magnā morā cū hoſpite ſuo ꝙbendā ꝓpter familiaritatē nimiā: D p quā i ipſi⁹ ꝙtemptū facili⁹ cadere poſſet. Scđo ꝙſiderandū eſt q̄ hoſpitalitat⁹ q̄rtuor ſunt emolumēta. Nā ꝑmo diſponit ad dei cognitionē: confert tpaliū multiplicationē: excludit diuinā vltionē et meret⁹ dei z angelo ẏ ſuſceptionē. De ꝑmo exēplū Luce vlt. de duob⁹ diſcipulis q̄ cognouerūt dñm in fractiōe panis. ſic nōnunq̄ diuina cognitio alicui infundit occaſione viri ſancti in hoſpitio ſuſcepti: de ſecūdo ptz. iij. Regū. xvij. de vidua q̄ helyā ſuſcepit hoſpitio ſuo: cui farinula nō defecit nec lechitus olei minu⁹ eſt: de tertio ptz vt hī Joſue. vj. Sola raab meretrix viuat eo q̄ exploratores hoſpitio recepiſſet: de quarto Math. x. Qui vos recipit me recipit. z ad Heb. xiij. Hoſpitalitatē nolite obliuiſci: p hāc em̄ quidā placuerūt angelis hoſpitio receptis: ſicut abraā Gen. xix. Fert q̄ quidā ſenator ſibi caſtrū cōſtruxit pulcherrimū ſup cui⁹ ianuā ſic metrice ſcripſit. Decretum detur ne dormiat aut epulet. Hic gens villana: ſz achilles plato diana. Intendēs p hoc ordinare q̄ nullus ad illud caſtrū ad hoſpitiū vel prandium reciperet nīſi eēt miles vel phūs aut dña nobilis. Cui xp̄s apparuit in ſōnis z ait: me z meos a caſtro tuo conaris excludere ꝓpter qđ z te caſtro meo qđ celum eſt deo iuſte ꝑuare. Cum g̃ ſenator iudicialē acceptu/rus eſſet ſniam: interpoſuit ſe ſupplicās matri dei: z obtinuit ſenatori vite ſue ꝓlongationē z p̄cepit ſibi q̄ verſib⁹ illis ſic dictat⁹ deletis z hoſpitalitati deuote ſe daret: z dixit ſibi ſic. Muta decretū ſancto ẏ ſuſcipe cetū. Nudū martinū iacobū lazarus peregrinū. Lectio. CCX.

Aſcenī eleméta dū

i cōuertūtur: ſicut in organo q̄litatis ſonus imutat z oia ſuū ſonū cuſtodiunt.

Unde eſtimari et ipſo certo viſu pōt. Agreſtia em̄ in aq̄tica cōuertebant z q̄ cūq̄ erat natantia in terra trāſibāt. Ignis in aq̄ valebat ſupra virtutē ſuā z aqua extinguētis nature obliuiſcebat: flāme ecōtrario corruptibiliū aialiū nō verauerunt carnes coambulātiū nec diſſoluebāt illā q̄ facile diſſoluebat ſīc glacies bonā eſcā. Reprobata crudelitate in hoſpitib⁹ egyptio ẏ z oſtēſo q̄ digne p illa inhumanitate fuerunt p̄cuſſi tenebrarū cecitate. In iſta pte redit autor ſatis abrupte tractādo de diuina pāte i opando mirabilia p filijs iſrl' in trāſitu maris rubri z in itinere p deſertū. Dixit em̄ ſupius in iſto capīo q̄ oīs creatura reflectebat ſe quodāmō applicato curſu nature ad obediendū dīne volūtati circa gubernationem electorum ſuo ẏ: illā eandē ꝙcluſionē ptractat in lectōe hodierna. Et circa ꝫ duo facit. Quia ꝑmo declarat obedientiā creatu/re: tā in elemētis q̄z in elemētat⁹ in gñali. Scđo applicat obedientiā illam ad res geſtas in ſpāli: ibi. Ignis in aq̄ valebat. Circa ꝑmū duo facit: q̄ primo oñdit q̄ elemēta tūc receſſerūt deo iubēte a nature ſue ꝙſuetudine: nō tm̄ receſſerūt a ꝙſonātia armoniace diſpoſitiōis. Scđo ꝺclarat quō a ialia inter ſe q̄dā noua viciſſitudine ſuas ꝓprietates cōi A cauerūt: ibi. Agreſtia em̄. Dicit g̃ ꝑmo ſic q̄ ſicut organiſator in q̄cūq̄ inſtrumento muſico efficit armoniā ex diuerſa tenſiōe et moderatiōe chordarū iuxta ſniam art⁹ ſue: z p libito voluntatis ſue facit eandē chordā mō reddere a cutū ſonū: mō grauē: z tm̄ ſp ſeruat⁹ bona armonia z ꝙſonātia delectabilis in opatione ſua: eodē q̄z mō de⁹ vtit⁹ p voluntate ſua elemētis z ceteris creaturis ad bñficia electorū z ſupplicia reprobo ẏ p libito volūtatis ſue: z tm̄ hoc nō obſtante ꝙſonātia armoniaca q̄ eſt inter elementa nō diſſoluit⁹. Dicit g̃ p ſimilitudinē. Dū elemēta in ſe cōuertunt⁹. i. dū elemēta ſuas virtutes mutant vel intermittūt: ſicut in organo q̄cūq̄ muſicali q̄litatis ſon⁹ bypalage. i. q̄litas ſoni imutatur p volūtate organiſāt⁹ z oia elemēta ſuū ſonū cuſtodiūt quo ad vlē modulationē: ita q̄ ſicut nō tollitur melodia p mutationem ſono ẏ in diuerſis chordis inſtrumēti: ita nec in elementis tollit eorum ꝓportio z armonia ꝓpter mirabiles operationes quas de⁹ fecit p ea. Nō em̄ deus ꝙdidit creaturā ſibi ꝙriam: ſz ſue volūtati ꝙſentaneā. vnde. i. de quo facto eſtimari et ipſo certo viſu pōt q̄ nō et ꝙſueto vſu nature: ſed et volūtate ꝙditoris iſta fiebāt ſicut i ſpāli ſtatim declarat. Agreſtia em̄. i. boies et alia aialia in aquatica cōuertebant⁹. i. ad modū piſcium aquatico ẏ in fundo maris ambulabāt: z quecūq̄ erāt natantia vt rane in terra trāſibant: boc q̄tum ad aialia. Quātum vero ad elementa ignis in aq̄ valebat ſupra virtutem. i. ignis mixtus cū grādine de celo veniebat nec ignis aquā nec aqua ignem impediebat. Exo. ix. vnde ſubdit Et aqua extinguētis nature obliuiſcebatur: id eſt nō extinguebat ignem cū quo de celo veniebat: ſicut expoſitū eſt ca. xvj. Conſequēter ſubdit effect⁹ mirabiles diuine gubernationis in ſpeciali q̄tum ad elementa. Ubi ſciendum q̄ flāma ſiue ignis B duplicē habet virtutem in duplici materia. Nam

flāma naturaliter comburit siccū ⁊ dissoluit humidum cōgelatū sicut in glacie: sz fuit mirabile q flāma deo volente etiā passiuis apprōrimata neutrū horū fecit. vñ subdit. Flāme ecōtrario. i. ꝓtra naturam suā nō verauerūt carnes inflāmabiles corruptibiliū aialiū coambulantiū p desertū: ⁊ pōt intelligi de serpentib⁹ ignitis quoꝝ corpa nō fuerūt cōsumpta p flāmā in eis ꝓtentā. Uel de boib⁹ qui p serpentes nō ledebant postq̄z serpentē eneū inspexissent. Uel de aialibus: vel de iumētis q̄ nō ledebantur p illos serpētes ignitos. Nec flāme dissoluebant illā bonā escam. s. māna q̄ cum facile dissoluebat sicut glacies ad calorē ignis sicut supra dictū est ca. xvj. Sed dubiū est de eo qō superius dixit q quecūq; erant natātia in terra trāsibāt. Ubi em̄ loquit: ⁊ tn̄ nō legim⁹ q pisces in terra transibant. Dicendum q pisces erant mortui. Exo. vij. Pisces qui erant in fluuio mortui sunt: ⁊ p piscib⁹ eructauit fluuius ranas. Unde non erant alia tūc natantia nisi rane.

Lectio. CCXI.

Nomnibusemi ma

gnificasti ꝓp̄lm tuū dñe ⁊ honorasti et nō desperasti in oī tpe ⁊ in oī loco assistens eis. Postq̄z autor hui⁹ libri a cap̄lo. xvj. inclusiue iustā oñdit tā circa bonos q̄z circa malos gubernationem. In hac finali clausula exurgit autor in gr̄ārū actionē p bñficijs miris iustis ⁊ magnis ostēsis ꝓp̄lo hebreoꝝ. Regratiat aūt de tribꝫ magnis bñficijs videlz de inimicoꝝ subiectiōe: de miraculoꝝ p eis ostensione: de indeficiēte sue bone volūtatis ꝓmutatiōe. Quātum ad ꝑmū dicit sic. In oīb⁹ em̄ magnificasti. Magnificasti spāliter in hostiū destructione ⁊ eoꝝ liberatiōe. Per hoc em̄ fact⁹ est isrl̄ magn⁹ in terra q ꝓp̄los vicerūt: ⁊ eoꝝ terras possiderūt. Hiere. v. Magnificati sunt et ditati: incrassati sunt ⁊ ipinguati. Et honorificasti in miraculoꝝ ostēsione. Hoc em̄ mirabiliter cessit ad honorē ꝓp̄li illius q de⁹ p eis tanta miracula fecit. sup̄ patuit de plag̃ egyptiacis: sicut etiam patuit de statiōe solis tpe Josue ⁊ etiā de eiusdem regressu tpe ezechie: ⁊ de mult̃ alijs ꝓpter q̄ ꝓp̄ls iudeoꝝ honorabilis videbat̄. vt in ps̄. Honorabile nomē eoꝝ coram illo ⁊c. Et seq̄tur dine affectiōis in sublimādo pp̄lm indeficiens ꝓmutatio ⁊ q̄ztum ad tps ⁊ q̄ztū ad locū. vñ dicit. Nō desperasti eos vicz ꝓtenendo etiā cū tibi peccassent lz eos clemēter flagellaueris: tn̄ eras assistēs illis in oī tpe: etiā in tē pore tribulatiōis sicut in ps̄. Clamauerūt ad dñz cū tribularent̄ ⁊ de necessitatib⁹ eoꝝ liberauit eos ⁊ in oī loco. Actuū. x vij. Non em̄ lōge est ab vnoq̄z nostrū. In ipso em̄ viuim⁹ mouemur et sumus.

A Circa illā clausulā. Magnificasti pp̄lm tuū dñe. Notandū est q quattuor gña petōꝝ magnificant seipsos: ⁊ quadrupliciter de⁹ magnificat suos electos. Magnificāt em̄ seipsos q̄druplicit̄ homines in hac vita videlz iactatores pōposi: simulatores dolosi: perq̄sitores pecuniosi: ⁊ petōres mōstruosi. Primo q̄ magnificant seipsos iactatores pōposi. Hi sunt q̄ sibi mendose attribuūt gr̄as quas non habent: vel q̄s hñt nimis extollūt: hi sunt q̄ sibi cōmendatores cōducūt vt de eis talia diuulgēt q̄lia in ore ꝓp̄rio credibilia forte nō ēent: hi sunt q̄ spreto testimonio ꝓprie ꝓscientie viuūt ꝓfidentes in amicis de sola excellentia laudis aliene. Jactantia nō est virtꝫ laudis humane: sicut dicit Aug⁹. iij. de ciuita. dei. ca. viij. sed est vitiū aīe puerse amantis laudem humanā: spreto testimonio ꝓprie ꝓscientie Tales sunt nōnulli milites et armigeri q̄ strenua facta de ipsis cōfingunt vt attribuāt sibimetipsis que p alios gesta fuerūt. Tales etiaz sunt nōnulli pseudo phi qui sibi arrogant ⁊ attribuūt labores alioꝝ questiones: tractatus ⁊ compilationes studioso⁹ quas vir intelligūt in quib⁹ nihil habent p ꝓp̄rium nisi q peius recitant talia q̄z fuerant ab autoribus cōpilata. Qualis fuit ille Fidenti⁹ quē lepide deridet Martialis cocus epigrāmaton lib. ꝑmo. Iste fidentius libros quos martialis ediderat dū recentes erāt surripuit ⁊ discipulis suis legit: ⁊ tn̄ eos pfecte nō intellexit. Reprehendens q̄ cum sup hoc Martialis sic scribit. Quē recitas meus est fidētine libellus. Sz male dū recitas incipit esse tuus. Inter istud qō maiorat̄ per rarefactionē: ⁊ illud qō maiorat̄ p augmentationē differentia est: qz illud qō rarefit acq̄rit maiorē q̄ztitatem ⁊ occupat maiorē locū q̄z prius: ⁊ tn̄ non plus est in substātia de raro q̄z fuit in denso prius: sicut patet. iij. phisicoꝝ cap̄lo de vacuo: sed illud quod realiter augmentatur crescit tam in substantia q̄z in q̄ztitate ⁊ maiorem locū tenet ⁊ plus de substantia q̄z prius habuit: sicut ptz. ij. de aīa: ⁊ primo de generatione ⁊ corruptione. Et isto modo moralit̄ est de istis ambitiosis scholaribꝫ: qui p solas commendationes laycoꝝ nomen clerici sibi querūt et acquirūt statū ⁊ locum maiorē p mendosas iactantias licet indigne: de pfectione tamen scientie non plus habent q̄z prius. Aliter aūt est de addiscentibus solide ⁊ de his iactantie vitium perhorrescūt. Hi em̄ sicut crescunt in honore ⁊ status sublimatione: ita crescūt in valore ⁊ scientie augmentatiōe Tales ergo iactatores male magnificant semetipsos. Ipsi em̄ sunt qui mag̃ amāt vocari rabbi q̄z esse: magis amant apparere sapientes q̄z ee. Amāt honores: fugiunt labores: appetunt fasti q̄ū: et nescīunt fundamētum: de quibus dicitur Matthei xxiij. Dilatant phylacteria sua ⁊ magnificāt fimbrias ⁊c. Et ꝓ istis rogandū est cum ps̄. Disperdat dñs vniuersa labia dolosa et linguā magniloquā. Qui dixerunt linguā nostrā magnificabimus: et iterū. Ut nō apponat se hō vltra magnificare sup terram. Scōo se magnificāt vitiose simulatores B dolosi: vt sunt adulatores qui magnificant alios vt ecōuerso magnificēt eos. Nam per hoc q alijs adulantes eos magnificant: ab eis econtra magnificari sperant. Unde iactatores ⁊ adulatores semper sunt amici. Est enim adulator quasi spectaculum superbi. Senes quorum oculi incipiūt caligare habent instrumentum quoddā quod vocatur spectaculum siue berillus qō tenent inter oculum ⁊ litteram quā volunt legere: ⁊ tunc statim littera que est in se valde gracilis apparet grossa ꝓ-

pter denſitatē lapidis trāſparentis q̄ eſt in illo inſtrumento: p̄ cuius mediū trāſit littera ad oculuz hoc eſt multiplicat ſpēm ſuam. Iſto mō ꝓtingit aliquādo q̄ hō qui parnus eſt z humilis parū reputat de ſeipō: ſed ſi accedit vnus adulator attribuit ſibi grās z virtutes mirabiles quarū forſan nullā habet: z ſi aliquā habeat illā mendaciter extendit z ampliat: z ſtatim paup qui de ſe nihil eſtimat incipit q̄lis non eſt ſe reputare: ſicut dicit Seneca in epla. ij. Incredibile eſt q̄ magnos viros dulcedo abducat oſtēſionis. z Alanus ō plāctu nature dicit ſic. Hmōi peſtilentia percutiūtur p̄ncipū latera les palatini canes: adulatiōis artifices: fabri laudis: figuli falſitatis. Hi ſunt q̄ magniloqua cōmēdationis tuba in diuitū auribus citharizant: qui mellite adulatiōis fauos foris emittūt: q̄ vt emungant munera: caput diuitis oleo adulationis vngunt. Prelato p̄ auribꝫ puluinaria laudū ſubñciunt q̄ ab eo p̄ pallijs aut ficticiū puluerē excutiunt aut veſtem ſophiſtice deplumant inplumem. z infra. Adulatores a volūtate vultū: ab aio verbū: a mente linguā: ab intellectu loquelā ample diſſenſionis interuallo diſſimulāt: plerūq̄ exterius placabiliter applaudendo collaudāt quos interi⁹ cōtradictoria veriſione defraudant: foris vultu applaudūt virgineo: intus ſcorpiōis pungūt aculeo: foris mellitos compluūt imbres adulatiōis: int⁹ detractionis euomūt tēpeſtates. hec ille. Contra iſtos magnificatores ōr Eccli. x. Gloria diuitum honorato p̄ z pauperū timor dñi eſt. Noli deſpicere hoiem iuſtū pauperē: z noli magnificare virum diuitē peccatorē. Tertio vitioſi ſe magnificāt perquiſitores pecunioſi q̄ dilatant horrea ſua pecora z armenta z familiā multiplicant z ſuperuacuas habitationes edificant. ſic magnificat⁹ fuit nabal de quo. j. Reg. xxv. Homo ille magn⁹ nimis erat diues z durus: peſſim⁹ z malicioſus. Talis aliquādo fuit ſalomō q̄ dicebat. Magnificaui opa mea: edificaui mihi domos z plātaui vineas: feci hortos z pomeria z ꝓſeui ea cuncti gñis arboribꝫ. Eccli. ij. de iſta magnitudine excuſat ſe p̄s. Neq̄ inquit ambulaui in magnis. Quarto vitioſe ſe magnificant pctōres mōſtruoſi. Naturaliter em̄ qñ in aliquo indiuiduo magnitudo nimia reperit: et quādo in vno indiuiduo diuerſe ſpēs ꝓcurrūt: ōr monſtrum in natura: vt ſi vnū indiuiduū eſſet in parte porcus z in parte bos: merito diceret monſtrum. Et q̄nto ſpēs ille magis diſtarent fm̄ pfectionē nature: tanto magꝭ vnio nature eo p̄ mirabilis appareret. Un̄ turpi⁹ monſtrū eēt cōpoſitū ex boue et boie: q̄z cōpoſitū ex boue z aſino. Moraliter. Pctōres dicūtur multiplr mōſtruoſi: qr vel ex exceſſiua magnitudine vni⁹ pcti vel ex aggregatiōe magnorū z grauiū pctō p̄ fm̄ ſpēm diſtincto p̄: imo q̄ſi cōtrario p̄. Sūt em̄ q̄dam vitia q̄ q̄z uis nō ſunt ꝑria ꝓpter vnū tm̄ vt cōiter ad diminutionē alteri⁹ augetur ſicut ſuperbia z luxuria nō ſunt vitia ꝑria: qr nō ſunt eiuſdē gñis: tm̄ naturaliter luxuria bz ex ſua feditate corrūpere ſuperbiam. vñ pſone multū date lubricitati inueniūtur cōiter ſociales z nō multū ſuperbe. Similr ſuperbia corrūpit luxuriā ex ſua nobilitate

Sūt em̄ nōnulli ex indignatōe ſuperbie luxurie feditatē deteſtantes. Si igit aliqs inueniat q̄ ex vna pte ſit lubricioſiſſim⁹ z imūdiſſim⁹: et ex alia pte ſuperbiſſim⁹: talis dz mōſtruoſus reputari: vtpote qui eſt hō p̄ naturā: demon p̄ ſuperbiā: z taur⁹ p̄ luxuriā Et talis aſſimilat minotauro filio paſyphes vxoris minois quē ipſa de tauro ꝓcepit marito morāte in bello: z iſte minotaur⁹ fuit ſemibos z ſemiuir vnde ꝓpter verecūdiam ſui gener⁊ excogitauit Dedalus labyrintbū in quo minois vitā finiuit. Talia etiam monſtra modernis tpibus occiduntur. Eodē modo mōſtruoſus pctōr occidi deber ciuiliter vt videz vita ciuili p̄uetur vel in labyrintbo perpetuo ꝓſeruetur. De tali turpiter magnificatō dicit dñs p̄ ꝓphetā Eſa. x. Uiſitabo ſup fructuz magnifici cordis regis aſſur. Aſſur interꝑtatur arguens vel cōuincēs: z talis arguit vel cōuincit a ſeipſo. z Hiere. ij. Arguet te malicia tua z increpabit te. Scō nota q̄ de⁹ magnificat hoiem multipliciter videz p̄ducendo curioſe: redimēdo copioſe: iuſtificādo gr̄ioſe: z btificando gl̄ioſe. Primo producio hois oñdit hoiem magnū eſſe apud deū. Cuz quadā em̄ curioſitate p̄duct⁹ videt qñ dixit deus Faciam⁹ hoiem ad imaginē z ſimilitudinē noſtrā. Ben. j. Job. vij. Quid eſt hō qr magnificas eū ꝛc. Scō magnificat hoiem redimēdo copioſe: vt merito xp̄s dicere poſſit illud. j. Reg. xxvj. Magnificata eſt hodie aīa tua in oculis meis. Tertio magnificat de⁹ hoiem iuſtificādo gr̄oſe. Arguit enim magnū p̄ciū hois q̄ de⁹ nō vult eū p̄dere: etiam ſi ſit dign⁹ perdi. ad Roma. viij. Quos aūt iuſtificauit illos z magnificauit ꝛc̄. Quarto mgnificat hominē p̄miādo gl̄ioſe: dādo hōi ſemen p̄m. j. Reg⁊. xxvj. Magnificet aīa mea in oculis dñi: z liberet me de omni anguſtia: q̄ nobis ꝓcedat q̄ ſine fine viuit z regnat. Amen.

¶ Explicit poſtilla fratris Roberti Holkot ſup libro Sapientie.

Incipit ſermo eiuſdē de ſtudio ſacre ſcripture.

Diuſti meditabitur

o ſapiaz. p̄s. xxxvj. Dis ſapiētia ſiue humanitus adinuenta ſiue diuinitus inſpirata tam in doctore q̄z in auditore habilitatem requirit idoneā: iuxta ipſi⁹ ſcientie qualitatē. Nullus em̄ q̄tumcūq̄z doct⁹ naturali ingenio niſi habilitetur ꝓficiet ad quācunq̄z facultatē. Hinc ē q̄ pueri ad matbematicā z ad logicā: adoleſcētes ad phiſicā: ſenes vel iam ꝓuecti ad etbicam aptiores credūtur: z hoc eſt qō dicit Ariſt. j. etbi. c. iij. vbi dicit q̄ iuuenis non eſt ꝓprius auditor politice z. vj. etbi. ca. vj. dicit q̄ aliquis p̄ōt eſſe matbematicus dum eſt puer: z nullus p̄ōt eſſe pbs vel ſapiens dū eſt puer. Quāto igitur facultas aliq̄ dignior eſt z nobilior tanto ad ipſius acq̄rendā noticiam ſincerior preexigit aptitudo z babilior diſpō in ſtudente: z ideo cū ſacra ſcriptura q̄ ſingulariter ſapiētia vocat omnē tranſcendat ſcientiam ſecularē: vtpote cui⁹ materia nobilior: cuius forma faciliorꝫ: cuius finis vtilior: cui⁹ cā efficiēs ſublimior inuenit. Neceſſe ē ergo volentē in ſacra ſcriptura ſtudere

dispositiones cōuenientes hre. Nō em̄ ad hoc sufficiūt grām̄atico3ū rudimēta: rhetorum ornamēta: dialectico3 documēta: nec medico3 experimēta. Plus nāq3 ad sacrā scripturā intelligendā pro desse poterit deuota dep̄catio q3 profunda pscrutatio: plus confert imaculata cōuersatio q3 intricata disputatio: magis em̄ valet diuine bonitat3 cōtemplatio q3 mundane curiositatis occupatio: et multoplus valet mentalis suauitatis degustatio q3 sermocionalis indagatio. Hui9 ergo tam sacratissime facultatis solus ille auditor reperitur idoneus q̄ fuerit moraliter ✠uosus. Et q2 iusticia generalis ab Arist. 2o sapia. v. ethi. c. j. ideo sacratissime theologie auditori appropriatur nomē iusti.

A Os iusti meditabit sapiam. In quib3 verbis informatur deuot9 theologus vl catholic9 q̄ sacre scripture noticia p occasionē quadruplicē impetrat. per officiosam supplicationē: p fructuosam cōuersationē: p seriosam ꝯsiderationē: per saporosaz delectationē. Os significat officiosam supplicationē: iustus fructuosam cōuersationē: meditatio seriosam ꝯsiderationē: t sapia saporosam delectatiōez Os iusti meditabit sapiam. Prima ḡ noticia sacre scripture est a deo attrahenda p officiosaz supplicationē: et q3tum ad h̄ pmittit os. ps. Os meū aperui t attraxi spm̄. i. de scriptura sacra nō litteralem sed spūalem sensum: q2 lra occidit: ispūs aūt vinificat. ij. Lo✠. iij. Sicut illi pulli auiū facilius reficiūtur a matre q̄ in nido iacētes capita altri9 leuāt: t os spaciosius dilatant: ita scholares deuoti q̄ in nido scripture iacētes tanto a xp̄o vberiori noticia recreant q3to p oronis instantiā deū deuoti9 dep̄cant: ipso dicēte in ps. Dilata os tuū t iplebo illud. t Luc. xxj. Ego dabo vob os t sapiaz cui nō poterūt resistere nec ꝯtradicere oēs aduersarij vestri: t hoc est qō dicit btūs Greg9. j. mora. c. xxvij. Ea que pscrutari in nobis nitimur: sepe meli9 orā do q3 inuestigādo penetram9. Hinc est q̄ sicut scribit Hieronym9 ad metriadē virginē. Lectionē inquit frequēter iterrūpat oratio t aiam iugiter adherentē deo grata vicissitudo sancte occupatiōis accendat: sic sctūs Aug9. in oīb9 cōiter libris suis cū pscrutatione t studio deuotam orationē admisit. sic sctūs Thomas de aq̄no quotiēs perplexis difficultatib3 angebat: deuotioni legitur se dedisse. Et sic suam scientiam plus deuotiōis subsidio q3 inuestigationis studio 2o acquisisse. sic Paul9 se recōmendat ephesijs. ad Ephe. vj. Orantes sitis oī tpe in spiritu: vt detur mihi sermo i apertione oris mei cū fiducia notū facere mysteriū euangelij. Os ḡ deuoti theologi ad hoc q̄ digne scripture sacre difficultatez attrahat quadruplicit̄ se

B disponat. Separet a luto lubrice vilitatis: expurgetur calculo celice sanctitatis: cibet libro solide veritatis: t armet gladio seueritatis. Primo ḡ os deuoti theologi separari 2o a luto lubrice vilitatis Hiere. xv. ca. Si separaueris pciosum a vili quasi os meū eris. Preciosum a vili. i. aiam pciosam a carnalib3 desideriis: vilib3 t lutosis. Sap̄. xv. Luto vilior vita illius. Secūdo debet expurgari calculo celice sanctitat3: iuxta illud Esa. vj. Volauit ad me vnus de seraphin t in manu eius calculus: quē forcipe tulerat de altari t tetigit os meū et dixit. Ecce tetigi hoc labia tua: et auferet iniquitas tua: t pctm̄ tuū mūdabit. Moraliter. altare est sacra scriptura: calculus difficilis sensus eius: forceps subtilis eiusdē facultatis extractio. Ad litteram āgelici spūs deuote studētes illuminār t expurgant ne in scripturis aberrent. Tertio os deuoti theologi cibari debet libro solide veritat3: de quo Apocal. x. Accepi librū de manu angeli: et deuorauit illum: t erat in ore meo tanq̄ mel dulce. Iste liber est scriptura sacra q̄ nō debet dentib3 cōteri sed potius deuorari: q2 credi debet p fidem integraliter t summarim: t nō per rationē discuti minutatim: t sic fit tanq̄ mel: imo plus q3 mel dulce: iuxta illud p̄s. Quā dulcia faucib3 meis eloquia tua super mel ori meo. Quarto 2o os theologi armari gladio rigide seueritatis ad destruendū hereses t errores vicia t malos mores Esa. xlix. Posuit os meū vt gladiū acutuz: vt illi assimilet: de q̄ Apoc. xix. Vidi celū apertū t ecce equus albus t qui sedebat sup̄ illuz vocabat fidelis t verax: et ex ore eius p̄cedebat gladi9 acutus vt in ipso percutiat oēs gētes. t Apoc. ij. Pugnabo cū illis in gladio oris mei: sed dolendum est de theologis his diebus quo✠ os locutū est vanitatē: t dextera eorum dextera iniquitatis. in p̄s. In quo✠ quibusdā inuenitur os dissolutionis t in nōnullis os detractionis: in pleriscq3 os ambitionis: in multis os adulationis. Os dissolutionis hūt illi quorū ois sermo turpiloq̄o et scurrilitatib3 admiscet. Cōtra quos Colo. iij. Deponite turpem sermonē de ore vestro t ad Eph̄. iij. Omis sermo malus de ore vestro nō p̄cedat. Os detractionis habent illi q̄ non cessant detrahere paupertati quā xp̄s docuit: castitatem deridēt quā xp̄us consuluit: pauperes paruipendunt quos xp̄us elegit. hi sunt pseudo ꝓphete: de quorum ore nihil aliud nisi rane vane garrulitat3 procedunt. Apoca. vj. Os ambitionis habent illi qui sacre scripture noticiaz ad humanos honorez ordinant: t ecclesiasticas dignitates ad officia prebendas t gradus in ecclesia consequendos. Isti p se allegant quod ter dictum est petro. pasce oues meas. Johan. xxj. Et qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat. j. Thimo. iij. Hi sunt viles hypocrite cum sola terrena desiderant: de celestibus vero non curant. iuxta illud p̄s. lxxj. Posuerunt in celum os suum t lingua eorum transiuit in terra. Lingua id est lingue intentio corrupta. Os adulationis habent illi qui statuz prelati tenentes et in suis subditis scandalosa videntes cantant semper placebo: sed dirige nunq3 cantant de quibus verificatur illud p̄s. xl. Hec via illorū scandalū ipsis: et postea in ore suo complacebunt.

Secundo principaliter sacra scriptura est a theo

C logo exercenda per fructuosam cōuersationem vt sit nō solum doctus in scientia: sed iustus in vita. Os inq3 iusti. Non em̄ auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Roma. ij. Distinguit enim Arist. v. ethi. iusticiam quadruplicem: sc3 distributiuā: cōmutatiuā: do-

minatiuā ꝛ paternā. ℙrimo ergo deuotus moralis debet habere iusticiā distributiuā; vt qđ sine fictione didicit sine inuidia cōmunicet alios liberaliter instruendo. ℙrouerb. x. Labia iusti eruditū plurimos. Justiciā cōmutatiuaz debet habere vt nequaq̄z p doctrine meritō famā humanā intendat p premio. Matħ. v. Attēdite ne iusticiam vestram faciatis coꝛā hoibus: scz ꝓpter temporale lucrū sed perpetuū. Danieł. xij. Qui ad iusticiā eruditū multos quasi stelle in perpetuas eternitates Habeat ꝛ tertio iusticiam dñatiuā; instinctus bestiales carnis cōpescendo legibꝫ rōnis. Et hoc est qđ docet plato in phedone ante mediū. Jn hoc inquit manifestus est pbs si absoluat aiam a coꝛporis cōmunione differentius alijs hoibus. Et cito post Anima phi inbonoꝛat cū p⁹ ꝛ fugit ab eo: q̄ritqz ipsa ꝑm seipsam fieri. Jsti cōcoꝛdat cōmentatoꝛ Auerrois in plogo sexto phisicoꝝ vbi loquēs de inclinationibꝫ carnis ꝛ coꝛporis passionibus dicit sic. Studentes inquit cū sciuerint vilitatē eaꝝ expellent eas a se: ꝛ odiant eas marime odio: ꝛ sic erunt casti retinentes leges diuinas et obedientes legibus naturalibꝫ. Hec commentatoꝛ. ℙs. Dñabūtur eoꝝ iusti in matutino. Habeat quarto iusticiam paternam humanitatē patris errantibꝫ erbibendo. Sap. xij. Docuisti ꝑp̄lm tuū per talia: quoD niā opꝫ iustum ꝛ humanū esse. Tertio ꝑncipaliꝫ sacra scriptura est a theologo ꝓspicienda p seriosam ꝓsiderationē: qđ notatur cū infertur. Meditabitur. in ℙs. Jn lege dñi voluntas eius; ꝛ in lege eius meditabitur die ac nocte. Jsta meditatio temperat coꝛporis voluptatē: mitigat mūdi tēpestatē: p̄dicat dei pietatez: excitat hois charitatē. ℙrimo dico q̄ hec meditatio tēperat coꝛporis voluptatē. Eccl̄s. xij. Frequēs meditatio carnis afflictio est. ꝛ Hieronym⁹. Ama sciētiā scripturarū ꝛ carnis vicia nō amabis. Secundo hec meditatio mundi mitigat tēpestatē. vñ Hiero. sup epl̄am ad Eph̄. Si aliquid est qđ in hac vita virū sapientē teneat ꝛ inter pressuras ꝛ tentatiōes mūdi equo aio permanere suadeat: illud primū cē reoꝛ meditationē ꝛ sciam scripturarū. Tertio hec meditatio p̄dicat dei pietatem. Jn ℙs Jn maturinis meditabar in te quia fuisti adiutoꝛ meus. Quarto ista meditatio excitat homis charitatem. in ℙs. Jn meditatione mea exardescet ignis. Jsta meditatio sacre scripture nō debet esse transitoꝛia: sicut de dialectica dixerunt quidā antiqui q̄ est a limine salutanda: sz debet esse moꝛosa ꝛ diuturna ꝛ cōtinua. Et eo feruentioꝛ q̄ hō senioꝛ inuenitur. Eccl̄i. xliij. Beat⁹ vir q̄ i sapia moꝛabit ꝛ q̄ iusticiā meditabit. vñ hiero. ad demetriadē virginē. Sacrarū scripturarū ardoꝛ nulla ꝓꝛsus etate extinguit: imo vt secularꝫ auctoꝛis vtar sententia: potius etate inflāmatur. ꝛ Greg⁹. xx. moral. ca. j. Scriptura sacra paruulis humili sermone blandit: que nec sic clausa est: vt paueſci debeat: nec sic patet vt vileſcat: sed vsu fastidium tollit ꝛ tanto diligitur quāto plus meditE tatur. Quarto ꝑncipaliter scriptura sacra est recolligenda cū sapoꝛosa delectatione: ꝛ ideo merito vocatur sapientia quasi sapida scientia: de qua loquens Hugo de sancto victoꝛe lib. suo p̄mo de anima dicit sic. Nihil in hac vita dulcius sentitur ꝛ nihil auidius sumitur. Nihil ita mentē ab amoꝛe mūdi sepaꝛat: nihil sic aiam ꝫ tentatiōes roboꝛat. nihil ita hoiez exaltat ꝛ adiuuat ad oē bonū sicut studium sacre scripture. Et in eodem volumine lib. iij. dicit. Jn refectoꝛio sacre scripture tres mense. i. tres intellectus ponūtur: hystoꝛialis: mysticus: et moralis. p̄ma mensa simplicibus: secūda doctoꝛibus: tertia cōis est vtriq̄z. Jn p̄ma est cibus grossioꝛ. Jn secūda subtilioꝛ. Jn tertia dulcioꝛ. ℙrima continet saporem exemploꝝ. Secunda vim gestorum. Tertia dulcedinē moꝝ. ꝛ infra. Jn hac scriptura quicq̄d docetur: vitas. quicquid p̄cipitur bonitas: q̄cquid promittitur felicitas. Nam deꝰ veritas est sine fallacia: bonitas sine malicia: felicitas sine miseria. hec Hugo. Est ergo ista sciētia inobfuscabilis in decoꝛe: inseparabilis in vigoꝛe: inappreciabilis in valoꝛe: interminabilis in bonoꝛe. ℙrimo dico q̄ est inobfuscabilis in decoꝛe. Sap. vj. Clara est ꝛ que nunq̄z marcescet sapientia. Secūdo insuperabilis in vigoꝛe. Sapien. v. Melioꝛ est sapientia q̄z vires. ꝛ Sapien. x. Omni potentioꝛ est sapientia. Tertio est inappreciabilis in valoꝛe. ℙrouerb. viij. Melioꝛ est sapia cunctis opibus p̄ciosissimis. Quarto interminabilis in bonoꝛe: quia Sap. vj. Concupiscentia sapie deducet ad regnū perpetuū: Ad qđ nos ꝑducat q̄ sine fine viuit ꝛ regnat. Amen.

¶Opus preclarissimū Roberti Holkot viri doctissimi ordinis fratrum predicatoꝝ in Sapientie librum eterni patris sapientiam elucidantis p magistrum Jacobum de ℙforꝛzen Basilee elaboratum finit feliciter. Anno a partu virginis salutifero. Millesimo q̄ngentesimo sexto.